

RUDIMENTA
LINGUAE HEBRAICAE

SCHOLIS PUBLICIS

ET DOMESTICAE DISCIPLINAE

BREVISSIME ACCOMMODATA

SCRIPSIT

DR. C. H. VOSEN.

RETRACTAVIT AUXIT

SEXTUM EMENDATISSIMA EDIDIT

DR. FR. KAULEN.

FRIBURGI BRISGOVIAE.

SUMTIBUS HERDER.

MDCCCLXXXIV.

EJUSDEM LIBRARIAE AEDES SUNT ARGENTORATI ET MONACHII ATQUE
IN URBE S. LUDOVICI AMERICANA.

Salvo iure proprietatis et translationis.

PROOEMIUM
PRIMAE LATINAЕ EDITIONI

ANNO MDCCCLX AB AUCTORE ADDITUM.

Abhinc septem annos grammaticae Hebraicae specimen edidi vernaculo sermone conscriptum, quae editio in hoc temporis spatio sexies repetita brevitatis causa aliquo apud viros scholasticos pretio esse videtur. Eandem rem nunc sermone tractare Latino aggressus internam libelli rationem non mutavi. Ut antea ita nunc subtilioribus quaestzionibus omissis id unum operam dedi, ut brevi ac circumcisa rerum definitione tironibus ad linguam Hebraicam aditus pararetur quam facillimus. Quid enim linguae Hebraicae cognitioni magis obstat, quam longi laboris illud taedium, quo adolescentes capiuntur, quum iam in ipsis Hebraicae linguae elementis ediscendis magnam rerum subtilissimarum et minutissimarum copiam memoriae mandare cogantur? Leges igitur grammaticorum quam strictissime pronuntiandae sunt, neque quidquam proderit, tironem omni allata exceptione in praeceptis accurate intelligendis ineundisque tardari, cum postea in studiorum progressu illae difficultates, quae raro in bibliis sacris occurrunt, facilius et a praceptor exponantur et a discipulis intelligentur. Quamobrem quaeunque a vulgari linguae Hebraicae usu longius recedere et rara parumque solita esse videbantur, in hoc libello omittenda esse putavi. Eodem modo in exercitationibus analyticis via brevissima omnino est praeferenda, quoniam non pueris inexercitatis rudimenta Hebraicae linguae proponuntur, sed adolescentibus in linguarum studiis alioquin satis ver-

satis. Quamquam adulto quoque tironi in discendo quasi scalae quaedam necessariae sunt, quibus magistri manu adiutus a levioribus ad difficiliora commode ascendat, tamen haec scalae breves esse debent, ut adolescentes brevissimo temporis spatio necessariis praesidiis instructi ipsam librorum sacrorum interpretationem confidenter et impigre aggredi possint. Quare in constituendis atque explicandis regulis praecipue brevitati prospexi, ita tamen, ut libellus ad scholarum usum destinatus simul studiis privatis et sine praceptorre susceptis opem ferre posset.

PRAEFATIO EDITORIS.

Scriptore huius libri mortuo quum a redemptore amicissimo ad novam editionem parandam evocarer, in absolvendo ac perficiendo opusculo tantum tribuere doctrinæ statui, quantum per pietatem auctori clarissimo debitam liceret. Itaque, quae cum linguarum scientia, qualis nunc est, iam non convenire videbantur, retractavi, syntaxim exemplis uberioribus instruxi, sermonem emendavi atque magis perspicuum reddidi; internam autem quam scriptor vocavit libri rationem etiamsi invitus retinui, brevitatis legi non derogavi atque, ne praceptoribus dissimilitudo librorum in scholis adhibitorum accusanda esset, cautionem adhibui. Sextam editionem benigno amicorum auxilio ceteris accuratiorem et solidiorem reddere licuit; unde hanc non dubitavi emendatissimam inscribere atque libelli formam statui in posterum immutatam relinquere.

D. BONNAE, Kal. Febr. MDCCCLXXXIV.

Dr. Fr. Kaulen.

Liber primus

εἰσαγωγικός.

Ingressionis pars prior

Linguae Hebraicae Historiam breviter enarrans.

Sermo Hebraicus ex earum numero est linguarum, quas viri eruditi appellare consueverunt Semiticas. Sic enim nominatum voluere linguarum genus illud, quod nationibus e Sem Noachi filio oriundis commune fuit (Gen. X 21—31). Notabiles sunt istae linguae radicibus, ut aiunt, triliteris, vocum sententias ad sonos consonantes adjunctis, flexione per vocales effecta. Et antiquissimis quidem temporibus linguae Semiticae vernaculae erant iis Asiae regionibus, quae inde a Tigride flumine ad medium mare usque et ab Armeniis montibus ad australem Arabiam se extendunt. Ex hominibus istas regiones obtinentibus fuerunt postea, qui Semiticum dicendi genus tum in Aethiopiam, tum in septentrionales Africæ regiones insulasque per medium mare dispersas transferrent. Universa linguarum semiticarum gens pro terrarum situ sermonisque indole trifariam dispergitur; et una quidem familia Aramaica, altera Arabica, tertia Canaanitis vocatur. Nam quae linguae septentrionem versus Syriae, Mesopotamiae, Babyloniae incolis ab Aram oriundis usitatae erant, durae ac graves minusque perpoltae, eae dictae sunt Aramaicae. In harum numero ascribitur tum Syriaca, tum Babylonica sive, ut communiter loquuntur, Chaldaica lingua; illa permultis libris inde a

secundo usque ad tertium decimum p. Chr. n. saeculum editis, ista versionibus ac paraphrasibus biblicis, quas Targumin vocant, celebris. Item hic referuntur dialectus Samaritana in translatione Pentateuchi carminibusque quibusdam, Palmyrena in titulis aedificialibus, Mandaea sive Zabia in libris gnosticis obvia. Etiam Assyriorum lingua, literis cuneatis scripta ac nuperrime a viris doctis excussa, ad Aramaicam familiam accedere videtur. Quae secunda est ordine Arabica familia per australes regiones diffunditur ac prisca sonorum, radicum, formarum vetustate et varietate conspicitur. Haec in duas praesertim linguas discedit, quarum olim altera in septemtrionali, altera in meridiana Arabia vigebat, illa Coreischitica, ista Himjaritica dicta. Himjariticae linguae ex solis inscriptionibus cognitae propinqua est Aethiopica sive Geez, eaque inde a quarto p. Chr. saeculo usque ad decimum sextum per multis literarum monumentis exulta fuit. Sermo autem Coreischiticus, quum in Corano conscribendo adhiberetur, Muhammedi opera eam postea auctoritatem assecutus est, ut usque ad hoc tempus libri ab Arabibus nisi in eo conscripti non sint et haec una lingua in voluminibus innumeris obvia simpliciter Arabica appelletur. Temporum autem decursu dum per ora hominum fertur, lingua Aethiopica degeneravit in Amharicam, Arabica in Arabicam vulgarem et Mauram ac Melitensem. Jam vero tertia familia, quae Canaanitis dicitur, Aramaicam inter et Arabicam quasi media est cum loco tum indole atque natura. Florebat enim in iis regionibus, quae medium mare ex oriente attingunt, atque Aramaico dicendi generi simplicitate, Arabicu-
rum vetustate formarum proxima est. Complectitur haec tum Phoeniciam linguam in numis atque monumentis conspicuum, cui dialectus Punica adiungitur, tum, qui vix ab illa diversus est, Hebraicum scripturae sacrae sermonem, ex quo postera tandem aetate dialectus Talmudica atque

Rabbinica sive, ut dicunt, Neohebraica exstitere. Nos igitur reliquis praetermissis versabimur in lingua Hebraica docenda, quippe quae in libris canonicis Judaeorum, si pauca Chaldaice scripta exceperis, unice obtineat et ob eam causam literarum sanctorum praesertim studiosis commendetur.

Nomen Hebraicum deductum est ab Hebreis, quo quidem vocabulo Judaei exteris nationibus insignes erant. Unde vero ipsa Hebraeorum appellatio derivanda sit, haud ita constat. Sunt, qui eam ab Arphachsadi filio Heber ductam putent, propterea quod inter gentes ex ipso exortas Hebraeorum natio principatum obtinuerit. Hos iuvat, quod Num. XXIV 24 Hebraeorum nomine omnes, quicunque ex Heber ortum deduxere, comprehenduntur. Alii autem volunt nomen *Ibrim*, i. e. Hebraeorum profectum esse ex *eber*, i. e. terra trans flumen sita. Abram enim Hebraeorum gentis auctorem, quum in Palaestinam immigraverit, ab eius terrae incolis *Ibri* dictum esse eo quod trans flumen Euphraten genitus fuerit. Cui quidem interpretationi valde favet, quod *Ibri* Gen. XIV 13 a Septuaginta interpretibus *περάτον*, ab Aquila *περαῖτον*, a S. Hieronymo Ep. LXXI ad Lucin. transitoris voce exprimitur. Veram autem explicandi rationem utriusque attigisse videntur. Credibile enim est, Abraham, quum inter Canaanaeos habitare coepisset, tam patriae, quam originis ergo *Ibri* appellatum esse a Canaanaeis, quippe qui et diverso genere a Cham originem ducerent et contrario itinere ex Aegypto advenissent. Ceterum nomen Hebraicum ei de qua agimus, linguae in scriptis vernaculis non trahitur; principio enim *l'són C'náan*, i.e. linguae Canaanitidis appellatione notata est. Nam quo tempore Abraham e Mesopotamia exire iussus est, Palaestinensem regionem tenebant, qui Romanorum lingua Phoenices, sua ipsorum *C'naaním* sive Canaanaei vocabantur. Hi etsi Chamitico genere erant, eodem tamen Semitico sermone, qui nunc Hebraicus est, utebantur. Longo enim tempore ante quam Canaanaei ista

loca occuparent, dispersione gentium facta in utraque Iordanis fluminis ripa consedere nationes Semiticae, quae singulis *'Avvîm*, *Susîm* sive *Samsummîm*, *R'phaîm*, *Kadmonîm* all. nominibus insignes laeta incrementa ceperunt. In quorum sedes quum Canaanæ terra marique advenientes paulatim invasissent, utrique foedus et amicitiam fecerunt et, ut in his rebus fieri assolet, advenae aboriginum lingua assuefacti sunt. Sic contigit, ut Abraham novis sedibus potitus homines genere disiunctissimos sermone admodum propinquos sibi esse agnosceret; ipse enim Chaldaice loquebatur. Quem quidem sermonem licet Abraham cum suis popularibus alieno nomine Canaanæum significant, fieri tamen non potuit, quin perpetuo commercio utentes in consuetudinem eiusdem linguae abirent eamque suis posteris quasi haereditate relinquerent. Eandem deinde in Aegypto degentes usque servabant et in Palaestinam reduces tamquam nativam ac congenitam retinebant. Manebat tamen nomen, quo pridem iste eis sermo innotuerat, *s'phath C'nâan* (Is. XIX 18), donec eo tempore, quo summa regni in una tribu Iuda constitit, etiam *l'sôn j'hûdith*, i. e. linguae Iudaicæ vocabulo denotata est (2 Reg. XVIII 26). Demum in libris sacris Novi Testamenti occurrit ἦ *Eβραῑς διάλεκτος* (A. App. XXI 40), pluresque Graecæ voces quid *Eβραῑστι* valeant, explicatur. At vero hac voce non idem sermo intelligitur, de quo hue usque tractatum est; Christi enim tempore Hebraeorum lingua pariter atque natio ipsa suum cursum perfecerat et ad vi-gendi exitum devenerat.

Literarum studia Hebrei simul excoluisse videntur, atque populus esse cooperunt. Iam enim librorum a Moyse conscriptorum tam elegans sermo est atque elocutio perpolita, ut linguam Hebraicam multo ante tempore scriptis conformatam et expolitam dixeris; nisi forte Moyses eam, cui in Aegypto attenderat (A. App. VII 22), eruditionem primo conatu ad literas Hebraicas attulisse videtur. Pietas

autem sanctissimo homini summorumque beneficiorum auctori tributa fecit, ut postmodum Hebraice dicendi genus ad orationem in Moysis libris conspicuam unice efformaretur ac Pentateuchus qui dicitur quasi norma quaedam ac regula a cunctis librorum scriptoribus observaretur. Unde factum est, ut per temporum decursum lingua Hebraica qualis quidem in scriptis appareat minus, quam alias fieri consuevit, commutata et extenuata sit; quamquam vivum in ore hominum sermonem non tam integrum mansisse certa indicia sunt. Sic res se habuit, quamdiu Hebrei in Palaestina obtinebant. At enim postquam sui iuris esse desierunt et inter exterias nationes habitare coacti sunt, consuetudinem domestici sermonis minus sanctam habere externoque dicendi generi sese oblinere cooperunt. Itaque qui postea ex Babylonie in suam terram reversi sunt, nativam linguam quasi Chaldaico colore tinctam habebant. Et quamvis in libris scribendis Moysis orationem etiamtum imitari studerent, sane quidquid post exilium Hebraice scriptum est, indolem Chaldaicam redolet et ab ingenii Hebraici puritate plus minusve abest. Deinde ut nova Iudeorum respublica per temporum discrimina comminuta est, ita sermo eorum a nativa indole abalienatus est, donec Machabaeorum tempore sermo Chaldaicus in locum domesticae linguae succederet. Hoc est, cur in libris Novi Testamenti ἡ Ἐβραῖς διάλεκτος Chaldaica lingua intelligatur Hebraicoque nomine proferantur verba Chaldaica Ἀββᾶ Rom. VIII 15 Ἀκελδαμά A. App. I 19 Μαρὰν ἀθά 1 Cor. XVI 22 Ταλιθὰ κοῦμι Marc. V 41 al. Credibile est hoc genus Chaldaice dicendi, utpote Hebraico colore variatum, a propria Babyloniorum lingua paulum distasse; quare recentiores quidem nomen invenere Syrochaldaicum, S. Hieronymum testantes, qui adv. Pel. III 2 Evangelium iuxta Hebreos dicit Chaldaico Syroque sermone scriptum fuisse. Ipsum autem Hebraicum nomen postea non iam usurpatum est, nisi a Christianis; nam

qui ex Iudeis de ea disseruerunt, nomen ei dederunt *l'sôn kódesch*, i. e. linguam sanctam.

Ex quo tempore linguae Hebraicae historiam nobis licet assequi, literis eam consignatam esse constat. Omissum enim veterum errore, qui scribendi artem a Phoenicibus sero admodum tempore inventam putavere, viri harum rerum periti iamiam sibi persuaserunt, priscis illis temporibus, ex quibus scripta monumenta exstant nulla, universas linguas Semiticas communi quodam alphabeto ut dicitur instructas esse; cuius quidem effingendi haud dubie signa ab Aegyptiis scribi solita ansam dedere. Hisce literarum signis plerumque nomen tribuitur Phoeniciis, quippe quae ē Phoenicum numis ac titulis primo nostris hominibus innotuere. Facile autem aliquis eadem a Phoenicibus efformata dixerit, et hoc prisca illa aetate, qua sedes in Aegypto positas nondum deseruerant. Omnino pro certo habendum est, istud literarum genus simul cum lingua Canaanitica ab Hebraeis adscitum esse; et quemadmodum postero tempore Babylonii et Assyrii ac Poeni atque Palmyreni, quin etiam Graeci et Etrusci illis literarum signis usi sunt, sic et Hebraei, quamdiu prior eorum respublica stetit, ea sola in scribendo adhibuerunt. Huius rei cum nomen in Iudeorum Talmude Phoeniciis literis inditum *c'thab 'Ibrîth*, scriptura Hebraica, testimonium sit, tum egregium documentum nuperime existit inscriptio a Meša rege Moabitarum (2 Reg. III) non ante Chr. saeculo composita et prope Dibon, quod oppidum haud procul a mortuo mari situm est, inventa (Zeitschr. der D. morgenl. Ges. Bd. XXIV. p. 212. 253. 640 sq.); Moabitae enim nec lingua nec literis ab Hebraeis discrepabant. Postquam autem Iudei coacti sunt in Babylonia degere, novum literarum genus cognoverunt illud, quod ab orientalibus hominibus paulatim ex antiquis Semitarum literis figuratum est; istae enim sensim elegantiae causa paululum immutatae sunt. (Bickell, Grundr. der hebr. Gramm. Tab.) Cui

quidem immutationi primum Assyrios homines operam dedisse, haud sine veri specie ex eo concluditur, quod novae literarum notae a posteris Iudeis ab initio et usque *c'thab Assurith*, i. e. scriptura Assyria appellantur. Sero tandem eadem literarum semiticarum species ad formam quadratam reducta est et sic *c'thab m'rûbâ*, scriptura quadrata, e suo ductu nomen accepit. (cf. de Vogüé, *Mélanges d'Archéol. orientale*, Paris 1868). In hoc autem Iudeis non est credendum, quod dicunt novas literarum formas ab Esra introductas esse, adeo ut libri sancti, cum ad id tempus literis Phoeniciis perscripti essent, eius auctoritate quadratis rescriberentur; id quod S. Hieronymus (in Prol. gal.) non recte intelligens pro certo tradit, Esdram scribam legis que doctorem post captam Ierosolymam et instaurationem templi sub Zorobabel alias literas reperisse, quibus nunc utimur. Magis enim certum est, literarum duo genera sic sensim et pedetentim inter se commutata esse, ut per longum tempus simul utrumque in usu esset. Atque adeo Phoeniciae literarum notae quum ex usu scribendornm librorum penitus exturbatae essent, in publicis tamen monumentis obviae erant, velut numi a Machabaeis principibus eusi et adhuc superstites eisdem literis insigniti sunt. Etiam secundo p. Chr. n. saeculo Bar-Cochba antiquitatem iactans numorum signa Phoeniciis literis composit. Haec autem eadem aetate facta sunt, ex qua tituli quadratis literis perscripti ad nos usque pervenerunt, velut inscriptiones duae in arce Hyrcani principis nuper detectae (Rev. archéol. 1864. p. 200 s.). Denique antiquiorum notarum usus a Samaritanis usque retentus est, et quemadmodum Pentateuchum quondam a Iudeis Phoeniciis literis traditam accepere, sic etiamnunc et Hebraicum et Samaritanum eius textum istis literarum signis perscribunt, nomen autem eis tribuunt et ipsi *c'thab 'Ibrî*.

Utrumque literarum genus commune habet primo quod

soni consonantes tantum, non vero vocales propriis notis designantur, secundo quod scribendi ordo a dextra incipiens sinistram versus procedit. Neutro scribendi modo a principio inter singulas voces spatia intermittebantur; Samartani autem pridem vocum exitus atque initia puncto interposito definierunt, et Iudei quadratis literis utentes inde a primo ante Chr. n. saeculo voces spatiis interjectis distinguere coeperunt.

Iudei postquam sui iuris esse desierunt, maiori etiam quam antea studio mores legesque et ingenia a contagione ceterarum nationum *integra* atque sincera servare conati sunt. Unde factum est, ut ex eo tempore in domesticis literarum monumentis propriaque lingua tractanda industriam exponerent maximam. Ac primum quidem per duo post capta Hierosolyma saecula in definiendo sacrorum librorum textu operam collocaverunt ita, ut postero tempore vel literam addere demere immutare nefas haberetur. Quod quidem sine debita artis criticae peritia factum esse, iidem libri antiquitus in ceteras linguas translati abunde demonstrant; unde dolendum videtur, quod a Veteris Testamenti textu sic tradito docti homines etiamnum recedere non audent nec artem criticam in eo pariter atque in Graecorum et Romanorum libris adhibere conantur. Laboris a Iudeis instituti specimina adhuc exstant puncta quae dicuntur extraordinaria Gen. XVI 5 Is. XLIV 9 Ps. XXVII 13 ac duodecim insuper locis super vocibus singulis superposita, quippe quas tollendas primo iusserunt, post autem neglexerunt. At enim praeter contextum etiam argumentum sacrorum librorum exponendum ac dilatandum et accommodandum suscepserunt eaque voluntate plures literarum Hebraicarum academias condiderunt Iamniae, Lyddae, Tiberiade in Palaestina, Surae, Nahardeae, Pumbadithae, Nisibi in Babylonia. Ubi dum miris illis Bibliorum commentariis, quos *Midraschim* vocant, operam dant, Tiberiade exstitit ineunte tertio saeculo

celeber ille Rabbî Iehûdâ hannasî hakkadôsch, qui, quaecunque de lege tam literis custodita quam memoria tradita in scholis Phariseorum disputata erant, in unum volumen concessit eique *Mischnâ* i. e. δευτερώσει nomen indidit. Hanc doctrinae Iudaicae summam posteri Iudeorum magistri incredibili diligentia commentati atque interpretati sunt. Unde cum commentariorum numerus ac moles nimis cresceret, postmodum tam in Palaestina quam in Babylonia fuerunt, qui gravissima quaeque de Mischnâ interpretanda scripta uno libro eoque amplissimo comprehendent, *Gemarâ* utrimque appellantes. Mischnâ cum Gemarâ coniuncta *Talmûd*, i. e. doctrina, nomen accepit; unde cum duplex distinguitur Gemarâ, duplex agnoscitur Talmud, alterum Hierosolymitanum, alterum Babylonicum, illud quarto, hoc quinto p. Chr. n. saeculo absolutum. In istis librorum voluminibus quia et Hebraica et Chaldaica lingua vim obtinuit, idiotismus ille exstitit, quem Talmudicum sermonem appellare consueverunt, et is quidem postero tempore per Iudeorum magistros ad infinitam librorum multitudinem scribendam collatus et Hebraico magis colore tinctus lingua Rabbinica nomen accepit (v. s. p. 2).

At enim usque ad ea tempora, quibus libri Talmudici absoluti sunt, Iudaei ad legenda et intelligenda sacra Biblia nihil aliud attulerunt praeter vivam linguæ Hebraicae consuetudinem recitandique in synagogis traditionem; sic enim satis innotuit, quibus vocalibus consonantium literarum textus instruendus esset. Temporum autem progressu cum scientia voce tradita depravari atque oblivione obrui coepisset, necesse visum est ad scriptam orationem vocalium signa quae-dam adiungi, quibus certa enuntiandi ratio legentibus indicaretur. Quod quum diversi diverso modo instituissent, summam denique nactus est auctoritatem ea ratio, quae Tiberiade a doctis Iudeis excogitata atque ad libros sacros adhibita est. Punctis enim ac lineolis tum supra, tum infra, tum

etiam intra consonantes literas positis non solum, quae ubique vocales proferendae sint, verum etiam, quid acute, quid leniter dicendum, quid corripiendum, quid producendum, quid cum accentu efferendum, quid sono mitigandum sit diligentissime notarunt. Et haec quidem ratio, quam nostrates homines punctuationem dicere consueverunt, brevi adeo inveteravit, ut in libris Veteris Testamenti tam manuscriptis quam prelo impressis tantum non omnibus hucusque servata sit.

Absoluto vocalium instituto docti qui in academiis congregati erant Iudei aliud opus aggressi sunt, quo suam erga libros Veteris Testamenti pietatem manifestarent. Ingenti enim labore ac studio adhibito id egerunt, ut et sacrorum librorum textus qualis erat vocalibus ornatus in omne tempus ab hominum temporumque iniuria immunis maneret et intellegentia per manus Iudeorum tradita illaesa servaretur. Unde quot versus, voces, literae in singulis libris obvenirent, quae esset media cuiusvis libri litera, quoties singulae voces vel unam vel alteram vim haberent, quid pro errato non habendum, quamvis insolitum esset, quae voces proprietatem quandam prae se ferrent, atque innumera alia id genus minuta subtilitate exquisierunt scriptisque tracierunt. Quibus quidem commentariis in unum corpus coactis post a Iudeis *Masorā* sive *Masoreth* i. e. traditio nomen inditum est.

Ex immenso harum annotationum numero paucae quedam eaeque criticae etiam in hodieras Bibliorum sacrorum editiones receptae sunt. *Masorethae* enim qui dicuntur ubi in textu scripto mendum aliquod vel detexerunt vel etiam adesse opinati sunt, ad marginem veram quam arbitrati sunt lectionem apposuerunt; quod utrumque in nostras editiones transmissum est ita, ut voces in textu obviae *c'thīb*, i. e. scriptae, in margine vero collocatae *k'rī*, i. e. legendae dicantur.

Masoretharum operam decimo saeculo perfectam tandem secuta est grammatica linguae Hebraicae tractatio, ad quam Iudei Arabum praesertim exemplo instituti sunt. Inter primos, qui huic studiorum generi vacarent, fuerunt Rabbî Iehudâ Chajjûg, qui circa a. MXL in vita erat, et Abraham ben Esra sive Aben Esra, qui anno MCLXVII defunctus est. Meritis utrumque superavit celeberrimus ille literator Rabbî Davíd Kimchî, qui circa annum MCCXL in Gallia Narbonensi defunctus est. Ex eius operibus praecipue afferendus est Liber Perfectionis et grammaticam et lexicon complectens, qui fundamentum eruditio[n]is praebuit posteris scriptoribus, et iis non solum Iudeis, sed etiam Christianis. Inde enim a duodecimo saeculo Christianorum theologi plures, quam antea, literis Hebraicis vacabant, ac postquam a summis pontificibus tertio-decimo saeculo regnantibus lege sancitum est, ut in quavis literarum universitate et Hebraica et Chaldaica et Arabica lingua publica auctoritate doceretur, exstiterunt multi, qui Hebraica doctrina eminerent. Omissis eorum qui per plura saecula in Hispania praesertim floruerunt nominibus, deinde commemorandi videntur Paulus Scriptor Tübinger[ensis], Antonius Nebrissensis, Conradus Pellicanus, qui anno MDIII librum edidit de modo legendi et intelligendi Hebraea. Summam vero laudem in hac eruditio[n]is disciplina meruit Ioannes Reuchlinus vir clarissimus, qui anno MDVI egregia edidit Rudimenta Linguae Hebraicae et grammaticam et lexicon complectentia. Praeterea etiam inter doctores christianos magni aestimata sunt, quae eodem fere tempore de lingua Hebraica conscripsit Elias Levita Iudeus Neostadiensis. Insequente saeculo viri erudit[e] e gente Buxtorfia Basiliensi varie de studiis linguae Hebraicae meriti sunt. Recentiore tempore Hebraicae linguae cognitioni mirum quantum profuit ceterarum linguarum Semiticarum, imprimis vero Arabicae comparata scientia. Inter

viros doctos, qui novam hanc viam ingressi e finitimarum linguarum cognitione linguam Hebraicam illustrare studuerunt, in primis nominandi sunt A. Schultens († MDCCL), N. W. Schroeder († MDCCXCII), I. Jahn († MDCCCXXI).

Recentissimo tempore ad profundiores linguæ Hebraicæ scientiam plurimum contulerunt Vilelmus Gesenius, qui lexicis editis tribus librisque grammaticis duobus sermonis consuetudinem sana eruditione assecutus est, et Henricus Ewald, qui in intimas loquendi rationes audaci philosophorum more inquirere conatus est. Utrumque exsuperavit proxime Iustus Olshausen libro Lehrbuch der Hebräischen Sprache 1861 inscripto et historicam et critcam et comparativam ut aiunt rationem eximie coniungens. Cuius vestigiis deinde insecuri sunt libellis editis F. A. Arnold et Gustavus Bickell, ille Abriss der Hebräischen Formenlehre 1867, iste Grundriss der hebräischen Grammatik 1870 inscribens; denique Bern. Stade 1879 et Friedr. Ed. König 1881 egregii uterque libri partem priorem promulgans. Ingentem observationum molem in duo vasta volumina (Ausführliches Lehrbuch der Hebräischen Sprache 1866. 68) docte magis quam eruditè concessit Fridericus Böttcher, dissentium autem necessitati prudenter prospexit Laberenz (Grammatik der Hebräischen Sprache des Alten Testaments. 1867), quibus ultimo neque vero infimo loco nuper accessit H. L. Strack, Hebräische Grammatik mit Uebungsstücken, Litteratur und Vocabular, 1883. Lexica edidere praeter Gesenium duo Jul. Fürst, singula F. Leopold et Dav. Cassel.

Ingressionis pars altera
Hebraicae Scripturae rationem explanans.

§. 1. De modo Hebraice scribendi.

Ex iis, quae supra dicta sunt, hic retractatur, in scriptis Hebraicis consonantes tantum literis notari, vocales autem punctorum signis exprimi, scribendique ordinem a dextra sinistram versus deduci. Libri quoque Hebraici et manu scripti et prelo impressi plerumque sic ordinantur, ut foliorum series a dextra incipiat; quae ergo pagina nobis ultima appareat, in illis primum locum tenet.

§. 2. De literarum ordine seu de Alphabeto.

Literae numero sunt viginti duae, quibus quum viginti tres soni designandi sint, una earum puncto diacritico quod dicitur vel dextrorum vel sinistrorum apposito in duas dissolvitur. Literarum signa item numeris notandis inserviunt, et hoc ad normam vetustissimi ordinis, qui cunctis linguis Semiticis communis est, quemque sequens tabula exhibet.

Literae Hebraicae sic

efformantur	nominantur	pronunciantur	numeris inserviunt.
א	Aleph	— .	1
בּ	Béth	b bh	2
גּ	Gimel	g gh	3
דּ	Daleth	d dh	4
הּ	He	h	5
וּ	Vav	v	6
זּ	Sajin	s	7
חּ	Chéth	ch, j Hispan.	8
טּ	Téth	t	9
יּ	Jód	j Germ. y Angl.	10
כּ, in fine הּ	Caph	c seq. a, ch	20
לּ	Lamed	l	30
מּ, in fine דּ	Mém	m	40
נּ, in fine הּ	Nún	n	50
סּ	Samech	s	60
עּ	'Ajin	—	70
פּ, in fine כּ	Pê	p ph	80
צּ, in fine צּ	Zadé	z Germ.	90
קּ	Kóph	k q	100
רּ	Résch	r	200
שּ	Sín	s	
תּ	Schin	š sh Angl.	300
תּ	Tav	t th	400

Annot. Litera Aleph tam leni sono pronunciatur, quam Graecorum Spiritus lenis. Sajin in Graeca Septuaginta interpretum versione et in Vulgata editione nusquam non Z sonat, v. g. זְבָדִי Zəbədî, זְזֹעִים Zuzîm. 'Ajin sonum habebat gutturalem ac durissimum, cuius vera pronunciatio haud facile describi potest. Quoniam vero a Galilaeis Christi tempore eodem atque Aleph sono efferebatur, iam plerumque legendo non pronunciatur. In Graeca et in Vulgata versione saepius

vel H vel G appellatur, v. g. עברִי 'Εβραῖος, צָמְרָה Gomorrha. Zadē in iisdem translationibus usque est S, v. g. צָמְרָאִים Samaraim.

§. 3. De literarum scriptione.

Caph Mêm Nûn Phê Zadē literae in exitu singularum vocum aliter, atque in mediis vocabulis, scribendae sunt כַּף מֵם נָנָן צָדֵה; quae quidem formae appellantur literae finales et voce comprehenduntur memoriali צָמְנָה.

In fine versuum nefas est voces abrumpere; quare ne quid spatii vacuum remaneat, Aleph He Lamed Mêm finale Tav data occasione in mediis versibus distenduntur sic: אֶת, תְּהִלָּה, לְמֵד, תְּבִרְכָּה et vocantur literae dilatabiles, in vocem memorialem redactae תְּהִלָּה לְמֵד תְּבִרְכָּה.

Tamquam notae arithmeticæ sic literarum signa adhibentur, ut literae ab Aleph usque ad Têth positae significant ex ordine suo numeros denario inferiores, literae a Jôd usque Zadē positae denotent decades, reliquæ autem designent centenarios. Litera autem ו semel tantum adhibetur arithmeticæ, puncto quidem diacritico non imposito, et ita notatur numerus 300. Numeri vero 500, 600, 700, 800, 900 ex ordine notantur literis finalibus. Inde a millenario numero denuo incipit integer ordo literarum, sic tamen, ut duobus punctis supra positis insigniantur, v. g. בָּשׁ bis mille. Monades et decades et centenaria signa ita componuntur, ut nota maiorem valorem indicans a dextro latere praecedat, v. g. תְּבִרְכָּה, 436. Solus quindenarius numerus exprimitur טָהָר 9 + 6, quoniam יְהָוָה sanctum Dei nomen indicat.

§. 4. De signis vocalium, seu de Punctuatione.

Vocales cunctæ, ut est sermonis humani natura, revocantur ad tres sonos principales *a*, *i*, *u*. Nam quae praeterea loquendo profertur, aut mediae inter illos sunt, velut *e* inter *a* et *i*, *o* inter *a* et *u*, *v* graecum inter *u* et *i*, aut ex duobus coalescunt, velut Graecorum diphthongi *av*, *ai*. Hebraicae igitur linguae diphthongi sunt nullæ, mediae autem duæ tantum *e*, *o*; sic in universum quinque vocales

ei obveniunt *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, eaeque tam productae, quam correptae, sive, ut aiunt, tam longae, quam breves.

Vocales productae in sacro Bibliorum volumine saepius consonantibus Aleph Jôd Vav, quippe quarum prolatione ad vocalium appellationem proxime accedit, ita designantur, ut soni principales pro sua quisque propinquitate *ā* per **א**, *ī* per **י**, *ū* per **ו** notentur, mediis autem significandis binae propinquorum sonorum notae inserviant, itaque *ē* per **א** et **י**, *ō* per **א** et **ו** exprimatur, v. g. **קָם** *kâm*, **שִׁים** *sîm*, **לֹן** *lûn*, **צֵאת** *zéth*, **בֵּן** *bén*, **זָן** *zón*, **יוֹם** *jóm*. Unde eae consonantes appellantur literae vocales vel matres lectionis. Vocalis longa sic denotata dicitur plene scripta esse, sin minus, defective, velut est **גָּר** *gar*, **מְתָה** *mêth*, **אִם** *'im*; **כָּל**, **קָם** *kûm*.

Praeterea autem, ut supra relatum est, ad significandas vocales quascunque signa peculiaria inventa sunt ac consonantibus addita. Quorum pleraque vel longitudinem vel brevitatem soni simul indicant, duo autem utrius generi inserviunt. Singula haec tabula exhibit:

Signum	nominatur	designat
—	קָמֶז <i>Kâmez</i>	<i>ā</i>
—	פָּתָח <i>Pâthach</i>	<i>ă</i>
—	זֵרֶה <i>Zeré</i>	<i>ē</i>
—	סֶגֹּול <i>Segôl</i>	<i>ĕ</i>
—	חִירֶק <i>Chirek</i>	<i>ī</i> et <i>ÿ</i>
—	חֹלֶם <i>Chôlem</i>	<i>ō</i>
—	קָמֶץ־חֲטוֹף <i>Kâmez-chatúph</i>	<i>ō</i>
—	קַבְּיעָה <i>Kibbúz</i>	<i>ū</i> et <i>ü</i> .

Ad consonantes haec signa pariter ordinantur, atque ad lineolas in tabula appositas. Loquendo consonans priori, vocalis secundo loco effertur, hoc quippe modo: **שׁ sā**, **שׁ sĕ**, **שׁ sō** cet.; una exceptiuncta est, de qua § XI, 3 agitur.

Eadem signa ibi quoque addita sunt, ubi matres lectionis scriptae sunt, adeo ut vocales tunc dupliciter notentur,

v. g. שָׁרָאֵס *râs*, קִיר *kir*, זָהָר *zé*, אַרְן *'én*, רָאֵשׁ *rôs*, קֹל *kôl*. Quod ubi usu venit, mater lectionis dicitur in vocali quiescere. Unum Vav in Kibbûz nusquam quiescit, sed ubi pro *u* longo est, יְ scribitur et קְשָׁרֶק *shûrek* vocatur.

In exitu vocum He quoque, utpote Aleph simillimum, haud raro in ā, ē, ō quiescit, v. g. הַיִּה *hayyâ*, חָשֵׁב *chosé*, מְפִיק *mefîk* רָאֵה *ra'ô*; quando non quiescit, notatur puncto, quod *Mappîk* appellant, v. g. אֲרַצְׁךְ *'arzâch* (quasi *'arzâch*).

Annot. 1. Segol interdum vocalis productae loco habetur ita ut אַ, חַ, יַ in eo quiescant, v. g. מְשֻׁנֵּן *m'zéna* (v. § 27) רְשַׁהָּה *ro'ê*, שְׁמַרְנָה *sh'mérâ*.

Annot. 2. Cholem cum puncto diacritico literae ו coalescit, ubi os et šo legitur, v. g. שְׁנֵה *sonê*, מְשֻׁנֵּה *moshê*; contra שְׁנֵה *osê*, מְשֻׁנֵּה *šomér*. Signum i est ô, quando alia vocalis nec praecedit, nec insequitur, v. g. לְשָׁוֹן *lašôn*; est vo, quando vocalis alia antecedit, v. gr. צְוָן *zôvân*, et est ow, quando altera vocalis supposita est, v. gr. לְוָהָה *lovê*.

Annot. 3. Kâmez-chatûph a Kâmez sic distinguitur, ut signum — tamquam breve o efferendum sit, quoties in syllaba in consonantem excidente et accentu carente positum est, v. g. חָכְמָה *chochmâ*, מְוַיָּקָם *wajjâkôm* (§. 27). Quod quum hoc loco facile non sit ad intellegendum, in grammatices decursu patebit. In syllaba ad vocalem exeunte sonus ö est, quoties o breve postea insequitur, v. g. תְּזַבְּדֵם *tööbdém*, בְּחַרְרִי *boch'ri* (§. 18). Praeterea memoranda sunt duae voces קְדַשְׁרִים *kôdašim*, שְׁרַשְׁרִים *šôrasim*.

Annot. 4. In textu Bibiorum saepissime ad vocem aliquam vocales apponuntur, quae non ad ipsam, sed ad aliam lectionem signis — aut — indicatam et in margine positam pertinent. Sic Gen. XXX, 11 in textu legitur בְּגַד, in margine autem בָּגַד, id quod significat legendum esse גַּד. Quae igitur lectio in textu obvenit, בְּתִירִיב *c'thib* (*scriptum*), quae in margine posita est, קְרִי *k'ri* (*legendum*) appellatur. Et haec altera vox semper ad marginalem lectionem adiicitur, v. g. בָּגַד קְרִי sive etiam brevitatis causa בָּגַד. Quae autem voces ubique mutandae ducuntur, iis Kerî omnino non apponitur, sed vocalibus designatur (*Keri perpetuum*); sic in Pentateucho ex Iudeorum opinione passim scribitur et חַיָּה *hi'* legitur. (Cf. supra p. 10.)

§. 5. De nota ſ'vâ.

Punctatorum accuratio eo processit, ut etiam consonantes vocali carentes suo signo notarint. Quod signum,

quia vocalem abesse indicat, אַבָּשׁ s'vâ i. e. vacuitas nomen accepit et quasi Romanorum colon duplici puncto efformatur, consonantibus autem supponitur, velut נִ, מִ, נְ. Ad extremas vocabulorum consonantes s'vâ non apponitur, velut בְּ, נְ; excipitur Caph velut קְרָאֵ, קְלָהֵ, et consonans finalis post alterum s'vâ, v. g. פְּנִיקָה.

Consonantes s'vâ ornatae syllabarum vel principium vel finem faciunt. Itaque s'vâ ubi syllabam exorditur, naturaliter *e* brevissimo simile est et dicitur mobile; ubi syllabam claudit, audiri nequit et vocatur quiescens. Sic vocis בְּנִילְתָּם prius s'vâ est mobile, alterum quiescens; unde enunciatur *hetaltém*.

S'vâ tam mobile, quam quiescens communi appellatione dicitur s'vâ simplex, et sic discernitur a s'vâ composito, de quo iam agendum.

Annot. S'vâ syllabam exorditur ideoque pronuntiatur *a*. sub prima quaque vocis litera, *b*. post vocalem productam, *c*. cum signo geminationis (Dagesch forti, §. 7), *d*. post alterum s'vâ.

§. 6. De S'vâ composito seu Chateph.

S'vâ mobile interdum non significat *e* brevissimum, sed aliis vocalis tenuissimam speciem. Quod ubi est, vocalis istius signum ad s'vâ sinistram versus apponitur (— —), et s'vâ sic instructum dicitur s'vâ compositum seu בְּנִיתָ Chatéph. Cuiusmodi tria sunt signa:

- a.* Chateph-Pathach, velut in voce אַלְהָ h'elô,
- b.* Chateph-Segol, velut in voce בְּנִי echol,
- c.* Chateph-Kamez, et hoc quidem brevissimum *o* indicans, velut in voce חֲלִי ch'olî.

§. 7. De duplicandis literis sive de Dagesch forti.

Consonans ubi bis eadem enuncianda est, semel tantum scribitur puncto in media litera posito. Quod quidem punctum duplicans appellatur קְבָּר Dagesch forte, v. g. לְפָקָד kuttál.

Annot. 1. Dagesch forte in fine vocabulorum non ponitur, v. g. עַסְׁסָס, בָּלְלָל dall, סָמָם amm.

Annot. 2. Pariter Dagesch forte nunquam apponitur ad בּ, raro ad בּ, מּ, נּ; in קּ et צּ aliquando omittitur, v. g. וְיִהְיֶה vajj̑hi, הֲלֵלְלָה hall̑lū, הַנִּנְנִי hinn̑ni, הַמְבָקְשִׁים hamm̑bak̑šim.

Annot. 3. Vav cum Dagesch forti coniunctum unius formae est atque Schûrek ۚ; ab isto autem discernitur eo quod semper vocali et praeceditur et excipitur, v. g. שָׁוֹר ūr, צִיר ivv̑er.

§. 8. De tollenda aspiratione s. Dagesch leni et Raphê.

Consonantes sex Béth Gimel Daleth Caph Pe Tav, quae voce comprehenduntur memoriali בְּנֵרְכָּתָה, quando aliam quandam consonantem sequuntur, tenuem, quando vocalem (atque adeo ś'vâ mobile et compositum) excipiunt, aspiratum sonum designant; v. tab. in p. 14 pos. Ubi tenuis sonus est, puncto notantur, quod et ipsum Dagesch vocatur, lenè autem cognomen accepit, v. gr. קָרְבּוֹ kirbō, קָרְבּוֹ kirbō, saghár, לִזְגָּר lisgór, שָׁחָר sachár, לִשְׁכָּר liscór; אַפְּמָם בְּתַבְּתָהָם; אַפְּמָם בְּתַבְּתָהָם; לְעַבְּדָר; אַרְדָּם.

Unde fit, ut Dagesch lene scribatur *a.* in exordio orationis (libri, sententiae, commatis), *b.* in capite vocabulorum, quando vox anterior in consonantem exit, v. g. בְּןִין, *c.* in mediis et extremis vocibus, ubi ś'vâ simplex praecedit, v. gr. קְטַלְתֵּם k'taltém, וְיִשְׁבָּבָה wajj̑isb̑.

Annot. 1. Antiquitus eaedem consonantes, ubi aspiratum sonum servant, signo peculiari insignitae erant, quae erat lineola supra literam posita et רְפָה Raphê nomen accepit. Idem fiebat in litera He, quando Mappik non erat notata. Nunc autem ista nota plerumque omittitur et perraro in editionibus retinetur, velut Zach. IV, 7 חַשְׁבָּרָה harôšâ.

Annot. 2. Dagesch forte in istis consonantibus positum usque tenuem sonum geminat, v. g. צְבּוֹ accō, נְפּוֹ nuppách.

Annot. 3. Dagesch quando in iisdem sex literis positum vocalem proxime sequitur, facile ut forte agnoscatur et sic a leni discernitur, v. g. לִסְבּוֹךְ lisbóch, סִבּוֹכְךְ sibbéch.

Annot. 4. בְּנֵרְכָּתָה (§. 35) pro בְּנֵרְכָּתָה scribitur (§. 18, 1, annot. 2) servatis Dagesch leni et ś'vâ (§. 5).

§. 9. De accentu.

Voces Hebraicae longe pleraequae ita enunciantur, ut accentus ultimam syllabam premat; raro admodum paenultimae, nunquam antepaenultimae sonus vocis admovetur. Ita vocabula sunt aut מִלְרָא Milrá, i. e. δέσποτα, v. g. מַלְךָ malách, aut מִלְעֵיל Milél, i. e. παροξύτονα, v. g. מֶלֶךְ mélech.

Punctatores unamquamque vocem accentus nota insigniverunt et ita quidem, ut signorum varietate simul indicaverint, quid quaeque vox in sententia valeat. Itaque istae accentus notae non enunciationem modo, verum etiam grammaticen egregie iuvant et interpunctionis nostrae loco sunt.

Unde cuncta accentus signa primum in duo genera digeruntur, prout vocabulum ex propositionis sententia ab sequente separandum aut vero cum ea coniungendum indicant. Et illa quidem dicuntur Distinctivi, haec autem Coniunctivi (accentus).

Quod ad locum attinet, partim supra, partim infra voces ponuntur, v. g. סֵפֶר sépher, קָתָב c' thób; alia in capite vocabuli, alia in extrema voce collocantur, v. g. תּוֹבֵד tobéd, לְקָטָל katál, סָופֶר sophér, קָהְלָה kohéleth, קָדוֹשׁ kódesch, וַיַּשְׁבַּת vajjásób, דָּבֵר déber, אֲנִיר anír; plerique autem ad syllabam tono pressam apponuntur, v. g. הַגְּדָה huggád, יְשֻׁבָּת josébeth.

Hic ii tantum Distinctivi afferuntur, qui maioris ad ordinandam sententiam momenti atque instar nostri puncti aut coli aut semicolii sunt.

- *Sillúk* (quod semper voci ultimae supponitur itaque instar nostri puncti est.)
- *Athnách* (quae est maxima membrorum divisio in prosa oratione).
- *Merka mahpachatum* (eadem in poetarum versibus).
- *Saképh katón.*
- *Saképh gadól.*
- *Tiphchâ.*
- *Segoltâ* (quod in extremis vocibus ponitur).
- *R'bîá* (quod saepe directa alterius verba annunciat).

Annot. 1. Quod Iudaei in latus de accentus signis disquisitiones abierunt ac reges, duces, comites, servos inter ea constituerunt, longum videtur hic explanare.

In hoc opere signum $\tilde{}$ accentui designando inservit.

Annot. 2. In finibus versuum qui dicuntur biblicorum ponitur : et vocatur *Soph-passûk*, quod nunquam a Sillûk immune est.

Annot. 3. Quae voces numerum duarum syllabarum excedunt, iis, quando ḥę̄z̄tovoi sunt, ad primam syllabam apponitur signum quoddam, ne loquens praepropera vi ad exitum vocabuli intendat. Quod quidem signum *Métheg* vocatur et nisi loco suo a Sillûk non discernitur, v. g. הַעֲמֹדִים *hà¹ammudîm*, בְּאַרֵּים *bè¹arîm*. In sic numerantis autem vocabulorum syllabis etiam \ddot{s} \ddot{v} ā compositum atque mobile pro vocalibus habentur, quare scribitur שָׁהָדָה *sàh¹dâ*, כָּבָדָה *càb¹dâ*, atque adeo Ps. CXLIV, 14 מִסְכָּלִים *mís¹kálîm*, Ruth I, 11 בְּמַעַרְיָה *bè¹máryâ*.

Annot. 4. Unde fit, ut Metheg haud raro syllabis dispertiendis inserviat et Kamez-chatuph conspicuum faciat, v. g. קָטָלָה *köt-lâ*. קָטָלָה *kà-t¹-lâ*.

Liber Secundus

γραμματικός.

Caput primum.

De Orationis Elementis.

§. 10. De variis literarum generibus.

Consonantes quinquepartito distribuuntur vel pro organis, quibus enunciantur, vel pro ipso modo enunciandi.

Ac primo quidem sunt

gutturales א, ה, ח, ש (אַהֲרֹן),

palatales ק, כ, ר, ג (גִּרְכָּק),

linguales ר, ט, ח, ל, כ (קְטַלְנָת),

labiales פ, מ, ו, ב (בונמְבָק).

Medium quendam locum 7 tenet inter gutturales et inter linguales.

Secundo sunt

mutae ב, ג, ד, ה, ח, ט, כ, ע, פ, ק, ת,

liquidae ל, מ, נ, ר,

sibilantes **s**, **sh**, **ch**, **t**, **th**,

semivocales א, ר, י (ה).

§. 11. De gutturalium proprietatibus.

1. Literae gutturales נ, ה, כ, ע s'vâ mobilis vice s'vâ compositum semper adsciscunt, et נ quidem ad Chateph-Segol, ceterae ad Chateph-Pathach magis inclinant, v. g. אָלֶלֶל, חֲמִשִׁים, הַלָּא. S'vâ quiescens modo admittunt, v. g.

העדר, **העדרה**, **העדרת**, modo idem cum s'vâ composito
commutant et hoc quidem adeo, ut in eligendo Chateph
praecedentis vocalis ratio habeatur, v. gr. **יעמְדָה** ו**יעמְרִידָה**.

2. Literae gutturales Dagesch forte nunquam scriptum
admittunt; ה autem et נ in efferendo utique duplicari
possunt. Itaque, quando grammatica consonantem guttu-
ralem vult geminari, pro compensatione vocalis ante א et ע
producitur, ante ה et נ correpta manet, v. gr. הָאָדָם *hā'adám*
pro *hā'*adám, קְזַעַק zā'ēk pro zā''ēk, at מַהְרָה mahhér, גִּנְחָמָה nichchám, שְׁחָרָה śuchhár. Dagesch forte sic enunciatum neque
vero scriptum dicitur Dagesch forte implicitum.

Annot. Cum נ et ש convenit ר, v. g. שָׁרְרֹה hārōš, pro *harrōs*, בָּרֶךְ bāréch pro *bärrech*. Rarissime geminatum invenitur, v. g. Prov. Sal. XIV, 10 מָרְתָּה morráth.

3. Gutturales natura loquendi quandam cum *a* vocali necessitudinem habent. Ubi igitur fas est inter diversas vocales delectum fieri, prae ceteris vocalibus *a* ad gutturales apponitur, v. g. יִשְׁלֹף *jišlōph*, וַיִּשְׁלֹחַ *jišlāch*. In exitu autem vocum, quando ceterae vocales (eaeque longae) lege assumenda sunt, ה, ח, שׁ vocem claudentes saltem Pathach inter se et inter vocalem intercedere volunt, v. gr. גָּבוֹאָה *gabōah*, רָוֶחֶת *rūach*, הַשְׁמִינָה *hiśmīnā*, יָרֵאָחָ *jaréach*, שְׁיָהָוָעָ *jehōsúa*; id quod א et ה ad vocalium naturam proprius accedentes non admittunt. Istud Pathach nomine furtivum est et in hoc singulari casu ante consonantem, cui subscrribitur, enunciatur.

§. 12. De literis semivocalibus.

1. נ, י, ו vocalium naturae tam propinquae sunt, ut saepissime peculiarem suam indolem deponant et vocales evadant; unde etiam factum est, ut ad vocales designandas adhibeantur et quiescere dicantur (§. 4.). Quae vocales ad unamquamque magis pertinent (quippe *a*, *e*, *o* ad Aleph, *e*, *i* ad Jod, *o*, *u* ad Vav) eae dicuntur ipsi homogenae, ceterae autem heterogenae.

2. Notandum est, semivocales supra dictas semper vocales evadere ac quiescere, quando in syllabae fine positae vocalem homogenam excipiunt, v. g. לְאָמֵר pro לְאָמַר (h. e. בִּרְחוּדָה pro בִּרְחוֹדָה, צָאת pro הַרְשָׁב, צָאת pro בִּרְחוֹדָה). De He idem observatur, quando in exitu vocabuli positum est, v. g. אֲשֶׁר, אֲלֹהָה, וְרֹיחָה. Plura alia de hac re infra suis locis dicentur.

Annot. Plerumque in productis vocalibus quiescunt semivocales; at obvenit etiam לְאָלֹחַ pro לְאָלַחַ, יְגַלְּתָה pro יְגַלְּתָה.

§. 13. De consonantium assimilatione.

1. Consonans s'vâ quiescente instructa quando eandem consonantem praecedit, ambo singulare litera, Dagesch forti notata, exprimuntur, v. g. הַתְּקִפָּה שְׁלִשָּׁה pro הַתְּקִפָּה שְׁלִשָּׁה, pro הַתְּקִפָּה שְׁלִשָּׁה.

2. Nun eadem data occasione cuivis alii consonanti simili ratione assimilatur, v. g. מִקְרָם pro אַנְקָם, אַנְקָם pro מִקְרָם, מִזְחָה pro מִזְחָה. Interdum etiam ל, ת et ח sic assimilantur, v. g. יְקָחַ pro יְקָחַ, הַפְּנִיאָה pro מִזְחָה, מִזְחָה pro מִזְחָה.

Annot. Hic illic ח non sequenti, sed praecedenti Nûn assimilatur, v. g. בְּקַטְלָנָה pro בְּקַטְלָנָה.

§. 14. De syllabarum discrimine.

Quum lingua Hebraica syllabus a vocali ordientes non habeat, modo ab exitu tria syllabarum genera distinguntur:

1. syllabae apertae seu simplices, quae exidunt in vocalem, e. g. לְ.
2. syllabae clausae seu compositae, quae in consonantem cadunt, e. g. בִּרְחָה.
3. syllabae acutae, quae in consonantem Dagesch forti ornatam exeunt, e. g. לְקִיטָּה kittél.

Consonans s'vâ mobili (vel composito) instructa non valet syllabam propriam, sed quasi anacrusis syllabae insequentis consideratur; e. g. in verbo רְחַקְתָּלָה jithkatt'lî tres

reperiuntur syllabae, quarum prima *jith* clausa est, altera *kat* acuta, tertia *t'lu* aperta. (cf. tamen §. 9. Ann. 3.)

Annot. Una quasi exceptio est ַ interdum vocum initia faciens, v. g. יְמִינָה.

§. 15. De diversarum syllabarum vocalibus.

Syllabae apertae vocales habent longas (quatuor exceptiones postea in decursu doctrinae grammaticae affarentur).

Syllabae clausae vocales habent breves, attamen longas quoque habere possunt, quando extremae sunt atque accentu notatae.

Syllabae acutae vocales habent breves.

Annot. Cf. §. 4, Ann. 3. de Kamez-chatâph dignoscendo. Raro reperitur vocalis longa in syllaba acuta cum accentu, v. g. הַבָּשָׂר (et in aliquibus verborum עֲשָׂה formis, v. §. 39).

§. 16. De vocabulorum copulatione et de Makkeph.

Subinde duae voces tam arce cohaerent, ut loquendo quasi conglutinentur atque in unam contrahantur; id quod denotatur

a. Dagesch forti apposito ad caput posterioris vocabuli, v. g. Ps. XVIII 41 נָתַתָּה כִּי nathattâllî, Gen. XLVI 28 אֲרַצָּה גֵּן 'arzâggôshen.

b. copulandi signo, quae est linea directa et מְקֻפָּה *Makkeph* vocatur, inter utramque vocem interiecto, v. g. וַיְהִי־כֵן wajj'hichén, בְּרִית־תּוֹב kitôb.

c. coniuncto utroque modo, v. g. 2. Chr. II 3 בּוֹנֶה־בָּרִית bônebbájith, Gen. XXVII 21 אֲשֶׁר־בָּנָה g'šânnâ.

Istud Dagesch forte cognomen accepit coniunctivum; quod nisi post ַ quiescens vix unquam usurpat. Cuncta vero vocabula triplici hac ratione copulata pro una voce habent unoque accentu afficiuntur; unde prius vocalium longitudine imminuitur amboque nonnunquam scribendo quoque

coniunguntur, velut מִזְהָה pro מִזְהָה, מַהֲלָכָם pro מַהֲלָכָם, et ista pro מֵהָה לְכָם מֵהָה.

Annot. 1. Vox ex duabus vocabulis contracta ipsa denuo cum altera copulari potest, v. g. אַחַ-כָּל-הַאֲדָם.

Annot. 2. Ex supra dictis patet, — ante Makkeph positum pro Kamez-Chatuph habendum esse.

§. 17. De vocalium mutatione.

1. Longae Vocales commutantur cum brevibus:

a. quando syllabae finali clausae accentus qui ante fuit, quoquo modo demitur, v. g. וַיִּשְׁבֶּן-יִשְׁבָּן, וְנִקְםָה-יִקְמָה, וְיִתְּרַחַ-חַקְרָה-אַלְבָּן, וְקַטְלָכָם-יִקְטָלָם, אַמְרִי-חַקְרָה-אַלְבָּן.

b. quando syllaba aperta mutatur per flexionem in syllabam clausam, e. g. סִפְרִי liber, סִפְרִי meus, קָדְשָׁר sanctuarium, קָדְשָׁר sanctuarium meum.

Annot. Animadvertisendum est, vocalem Zere plerumque coripi in Chirek parvum, interdum transire in Segol, et Cholem plerumque imminui in Kamez-Chatuph, interveniente autem Dagesch forti coripi in Kibbuz.

2. Breves vocales in respondentes longas mutantur:

a. quando syllaba clausa fit aperta, v. g. מִזְהָה-מִזְהָה; חֲרִיטָה-סִפְרָה;

b. quando syllaba acuta esse debebat, acui autem nequit (§. 11, 2) v. g. בְּרַךְ pro בְּרַךְ, שְׂעָרָה pro בְּרַךְ.

c. quando semivocalis accedit et in vocali quiescit, v. §. 12, 2.

d. quando vocis sonus maiori impetu ad syllabam admovetur (de quo v. §. 20).

Annot. Hic animadverte, Chirek parvum usque in Zere, Kibbuz in Cholem produci.

Ceterum annotatur, praecepta in hac paragrapho posita longe a vera linguae Hebraicae ratione abesse atque unice tironum causa sic tradi.

§. 18. De novis vocalibus ac syllabis efficiendis.

1. In exitu vocabulorum duas consonantes vocali carere raro admittitur; quod si ultima vocis syllaba in duas con-

sonantes excidit, vocalis interiicitur, v. g. pro נֶעָר pro נְעָרָה, וְגַתּוֹת pro גַּתּוֹת.

Annot. 1. Plerumque Segol adsciscitur; ad Gutturalem Pathach, ad literam quiescibilem vocalis homogena accedit, v. ex. s. p.

Annot. 2. Excipitur Verbi 2. Sing. fem. (§. 24) v. g. קְלִשְׁתָּקָן; attamen occurrenti gutturali קְחַלְשָׁשֶׁ pro קְחַחְשֶׁ. Singulares sunt formae שְׁבָבָה, בְּשָׁבָבָה, קְרָךְ.

2. Pariter nefas est vocem a tribus simul consonantibus ordiri. Quod ne fiat, a. š'vâ mobile ante alterum š'vâ simplex positum mutatur in Chirek, v. g. לְקַטֵּל pro קְטַלְלָה; b. š'vâ mobile ante š'vâ compositum mutatur in vocalem cum isto convenientem, v. g. לְצַמֵּד pro לְצַמְדָּה; c. š'vâ compositum ante š'vâ simplex positum mutatur in vocalem sibi convenientem, v. g. וְעַמְדוּ pro עַמְדָה, וְעַמְדוּתָה pro עַמְדָה, וְעַמְדוּתָה.

3. Saepissime š'vâ simplex, quod ante syllabam accentu iactam esse debet, in Kamez mutatur. Quae lex in universa quidem grammatica mirum quantum viget, at hic loci paucis tantum exemplis illustrari potest, v. g. לְמַסְתָּחָה pro מַסְתָּחָה, לְבַשְׂתָּחָה pro בַּשְׂתָּחָה, תּוֹבְרָה pro בּוֹרָה, תּוֹבְרָה pro בּוֹרָה.

4. Insuper maiori accentus ictu novae exoriuntur vocales vel syllabae, de quo v. §. 20.

§. 19. De vocalibus elidendis.

Quando ad exitum vocabuli flexione grammatica accessio iungitur a vocali incipiens, tunc accentus procedit in istam vocalem, et ea, quae antea extrema erat vocalis, nisi plene scripta est, eliditur. Sic ex לְפִרְאָרִים fit פִּרְאָרִים, ex סְפִירָה fit פִּירָה, at ex גְּפֻזְרִים fit גֻּפְזָרִים. Kamez ante accentum positum (§. 18, 3) eliditur, quoties accentus ultra promovetur, v. gr. ex לְפִתְחָה fit פִּתְחָה, קְרָךְ fit קָרָךְ.

Annotatur autem hoc loco idem, quod in extrema §. 17.

§. 20. De Pausa.

Maior vocis sonus, qui admovetur ad exitus commatum distinctivis accentus signis notatos, pauza nominatur varios-

que effectus producit, inter quos hi magis memorabile videntur.

a. Syllaba accentu notata, ubi brevis est, in pausa producitur, v. gr. קָטָל, מִים; אַרְצָה, אַרְצָה.

b. Ubi extremae syllabae accentus est ac s'vâ mobile antecedit, in pausa istud s'vâ commutatur cum vocali producto, cui accentus admovetur, v. g. קָטָלִי in pausa est קָטָלִי in pausa קָטָלִי. Quae semper vocalis assumenda sit, ex etymologia cognoscitur. Restituitur enim vocalis, quae primitus aderat; si nulla aderat, s'vâ in Segol mutatur, v. g. שָׁבֵר in pausa שָׁבֵר.

Caput secundum.

De Etymologia.

A. De Verbo.

I. De Verbo in universum considerato.

§. 21. De Hebraicae declinationis proprietatibus.

1. Singulare est Hebraico sermoni atque adeo cunctis Semiticis linguis, quod simplici derivatione verbi notio primaria variis sententiae categoriis subiiciatur. Quae sic existunt formae aut genera, ab antiquis grammaticis coniugationes dictae sunt. Septem, quae saepius occurunt, hic enumerantur.

1. Kal significat notionem verbi primitivam, e. g. *necare*.
2. Niphal est Passivum formae Kal: *necari*; subinde vim reflexivam habet.
3. Piël forma intensiva aut iterativa: *trucidare*.
4. Pual Passivum coniugationis Piël: *trucidari*.
5. Hiphil forma causativa: *necem provocare, iubere etc.*

6. Hophal Passivum coniugationis Hiphil: *ad necem provocari.*

7. Hithpaël forma reflexiva et reciproca: *se ipsum et inter se necare.*

Annot. 1. Prima conjugatio appellatur **ḥp** i. e. *levis* sive *simplex*; cetera nomina sunt genera vetusti paradigmatis **ḥyq**.

Annot. 2. Pleraque Verba in Kal existentia non omnes illas coniugationes accipiunt. Contra alia tantummodo in coniugatione Piël, aut in coniugatione Hiphil, aut in Hithpaël adhiberi solent.

2. Declinatio Hebraeorum duas tantum habet temporum formas, Praeteritum et Futurum (quibus quidem aptius nomen datur Perfectum et Imperfectum; non enim elapsi aut venturi temporis, sed consummatae aut durantis actionis signa sunt). Nulla forma adest temporis praesentis, quod plerumque Particípio significatur.

3. Non adsunt formae propriae modorum. Futuri autem temporis formae et pro Coniunctivo et pro modo Iussivo in usu sunt.

4. Secundae et tertiae personae duplex forma est pro genere utroque.

§. 22. De formandis Verborum formis.

1. Duae distinguuntur formae primitivae uniuscuiusque Verbi: *tertia persona Singularis Perfecti et Infinitivus.*

2. Ceterae formae ex formis primitivis quasi radicibus oriuntur partim adiunctis praeformativis, partim adiunctis afformativis, partim vocalium commutatione, partim mediae consonantis (per Dagesch) duplicatione.

3. Praeformativa (seu praeformantia) dicuntur additamenta initio radicis praefixa, afformativa (seu afformantia) vero dicuntur additamenta ad exitum radicis adiecta.

4. Formae primitivae regulariter tribus consonantibus sive radicalibus literis constant.

In declinando Verbo regulae §§. 11—13 prolatae miram formarum varietatem efficiunt. Igitur perspicuitatis causa Verba ad literarum

radicalium conditionem in classes describuntur, et sic discernitur Verbum firmum solis mutis consistens a Verbo infirme, cui semi-vocales in radice sunt. Firmum Verbum et gutturalium occursu et literarum assimilatione certas quasdam mutations patitur, quas iterum oportet singulariter considerari. Igitur ex more veteri Verba mutis simplicibus constantia nominantur regularia, cetera irregularia; et haec quidem sunt aut gutturalia aut assimilantia aut qui-
escentia.

II. De Verbo regulari.

Explicatur Paradigma I in appendice positum (לְפָנֶיךָ necare).

§. 23. De formando Perfecto septem coniugationum.

1. Verbi forma primitiva, i. e. 3. pers. Sing. Perf. Kal, sub prima radicali Kamez (§. 18, 3.), sub secunda, quando Verbum transitivum est, Pathach, quando intransitivum est, saepe Zere, rarius Cholem habet, e. g. נִכַּח necavit, קָרַב gravis fuit, גָּדַל magnus fuit. In paradigmate igitur tertia persona primo loco posita apparet, quia ex ista forma ceterae omnes derivantur.

2. Reliquae sex coniugationes e Kal formantur, partim praeformativis, partim vocalium commutatione, partim duplicata media radicali. Quas commutationes proprium cuiusque coniugationis nomen annunciat; quemadmodum enim פְּעַל affectum est, ut נִפְעַל, הִפְעַל etc. extiterint, sic reliqua quoque Verba afficienda sunt.

§. 24. De formis personalibus Perfecti efficiendis.

1. Personales Verbi formae cum suo genere ac numero efficiuntur per formas pronominum personalium vetustissimas. Ad Praeteritum Kal eae tamquam affomativa accedunt sic:

Sing.	Plur.
נִיְתַּחֲדַשׁ III. pers. fem.	נִתְחַדֵּשׁ III. pers. masc. et fem.
נִתְחַדֵּשׁ II. pers. masc.	נִתְחַדֵּשׁ II. pers. masc.
נִתְחַדֵּשׁ II. pers. fem.	נִתְחַדֵּשׁ II. pers. fem.
נִתְחַדֵּשׁ I. pers. masc. et fem.	נִתְחַדֵּשׁ I. pers. masc. et fem.

In hisce afformativis ad radicem addendis §. 19 observanda est; quapropter ante **נִ** — et **נִ** ultima radicis vocalis excidit.

2. Eadem ratione in omnibus septem coniugationibus personae ex tertia Singularis formantur, excepto, quod *a*. Chirek magnum in Hiphil ante afformativa a vocali incipientia non excidit (v. §. 19), *b*. quod longae ultimarum syllabarum vocales in coniugationibus Piël, Hiphil et Hithpaël accidente afformativo a vocali incipiente corripiuntur ac praeter regulam in Pathach mutantur. Pari modo Zere et Cholem in coniugatione Kal intransitiva (§. 23) corripiuntur. Vocalis igitur ultimae radicis syllabae ante afformativa a consonante incipientia in omnibus Perfecti formis est Pathach.

§. 25. De Infinitivo et Imperativo.

1. Altera Verbi forma primitiva est Infinitivus constructus in omnibus coniugationibus occurrens, cuius formae ex paradigmate discendae sunt. Infinitivo altera quoque forma est rarius occurrens, quae vocales habet productas et dicitur Infinitivus absolutus.

2. Imperativo quatuor sunt formae pro utroque genere et numero secundae personae. Secunda p. Sing. masc. ab Infinitivo non distinguitur; ceterae tres hisce formantur afformativis:

נִ — fem. Sing., **נִ** masc. Plur., **נִ** fem. Plur.

Huc quidem iterum §. 19 pertinet, quia in fem. Sing. et in masc. Plur. una vocalis eliditur. Quo facto quum in Kal duo š'vâ sub primis ponenda sint literis, primum š'vâ in vocalem auxiliarem mutatur (v. §. 18) **רִלְקָ**, **נִלְקָ**.

§. 26. De formando Futuro ac Participio.

1. Futura omnium coniugationum formantur antiquis pronominum personalium formis ante Infinitivum constructum positis simulque generis ac numeri signis ubi opus est ad exitum adiectis. Utraeque notae hae sunt:

Sing.		Plur.
3. m.	—	(גַּ) גַּ
3. f.	תְּ	תְּנָהָ
2. m.	תְּ	תְּ
2. f. (יִתְּ)	תְּ	תְּנָהָ
1. comm.	אֲ	אֲ

Omnia ista praeformativa per se s'vâ mobili notata sunt, quod sub s'vâ compositum esse oportet. Unde ubi Inf. constr. a consonante vocali carente incipit, praeformativa Chirek assumunt (cf. tamen §. 18, 2. b.), v. g. קָטָל־וְקָטָל, נָטָקָן. Ubi vero praeformativa ante תְּ ponenda sunt, He sequens eiicitur, atque praeformativa quoad vocalem in eius locum succedunt v. g. וְקָטָל pro וְקָטָל, וְהָקָטָל pro וְהָקָטָל. Afformativa supra posita ad modulum §. 19. apponuntur.

2. Participium praefixo תְּ pariter formatur, praeterquam quod Pathach, ubi in ultima syllaba est, in Kamez producitur. Kal coniugationi propria Participia sunt; transitivis enim Verbis est Part. Kal activum בָּקָר, passivum בָּקָר, intransitivis Part. act. et קָרְבָּן. Partic. Niphah producta vocali efficitur, נְקָרְבָּן.

§. 27. De Vav conversivo.

1. Perfecto etiam pro Futuro, et Futuro ad designandum tempus praeteritum uti licet, si י illis praeponitur, e. g. בָּקָר necabit, וְיִקְטָל necavit. Istud י Vav conversivum nuncupatur, quoniam formarum significationem convertit. Duplex eius est punctatio: ante Perfectum positum s'vâ assumit, ante Futurum Pathach cum Dagesch forti inseguente (וְיִקְטָל §. 7, Annot. 2, וְאַקְטָל §. 11, 2). Hisce formis conversis Hebraei saepius, quam peculiaribus, utuntur.

2. Vav conversivum plerumque vim copulativam simul includit, quare etiam nomen habet Vav consecutivum. Futuri conversi accentus regulariter ad syllabam anteriorem transfertur, unde ultimae syllabae, si clausa est, vocalis cor-

ripitur (§. 17, 1. a.). e. g. יָאמַר *loquetur*, et *locutus est*, מָתַת *morietur*, et *mortuus est*.

§. 28. De Coniunctivo et Iussivo.

Hebraei Futuro utuntur, ubicunque alias modus Coniunctivus requiritur, v. g. וְמִתְרַנֵּא *finem habeat*, quis dixerit, פָּנָדְתָכָה שֶׁ *ne mentiamini*. Item saepissime Imperativi loco utuntur Futuro (vel Perfecto converso) pro modo Iussivo qui dicitur, v. g. לֹא חֲנַב *non furaberis*, שְׁם וְשַׁבְּתָה *(aedifica domum) et habita in ea*. Proprias Imperativi formas raro adhibent.

§. 29. De Forma paragogica.

Futuri prima persona tam Sing. quam Plur. atque Imperativi secunda masc. Sing. interdum affixo הַ in fine adiectae apparent, v. g. אַזְכָּרָה, שְׁמַרָּה, שְׁכַבָּה, שְׁבָתָה. Et id quidem He paragogicum i. e. intendens vocatur, quia intentionem indicat. Futuri formae paragogicae animi obfirmandi vim habent, unde etiam Cohortativus eis nomen datum: אַשְׁמַרָּה, caveam queso, נַדְבָּרָה *loquamur*.

Apposito hoc He paragogico ultimam vocalem eiici oportet, nisi, ut in Hiphil, plene scripta est (§. 19).

§. 30. De Dagesch forti in Verborum declinatione adhibendo.

Dagesch forte tamquam propriam notam habent et ex eo agnoscit possunt coniugationes Piël, Pual, Hithpaël totae, quibus media radicis litera, Niphal autem in Inf. Imp. Fut., ubi prima radicis litera geminatur.

§. 31. De Verborum intransitivorum Futuro.

Illa Verba intransitiva, quorum Perfectis Zere aut Cholem in ultima syllaba est, in Futuro Kal plerumque Pathach assumunt, v. g. וְקַפֵּן, וְגַלְלֵי. Interdum duae adsunt

formae, una Cholem, altera Pathach praedita, et tunc quidem una transitivae, altera intransitivae sententiae esse consuevit, v. g. **רָפַת וְרָפַת despoliabit**, **רָפַת וְרָפַת rapinas faciet**.

. Annot. Proinde grammatici Futurum *O* et Futurum *A* nominant, quae quidem ambo regularia sunt (Futurum *E* reperitur in Verbis anomalis).

§. 32. De coniugatione Hithpaël.

Verborum, quae a litera sibilante (צ, ט, צ, שׁ, שׂ) exordiuntur, coniugatio Hithpaël sic efformatur, ut תּ praeformativi cum prima litera radicali ordine transmutetur, e. g. **בְּבִתְהָשֵׁךְ**, Hithp. **הַתְּשִׁבְתָּהּ**, non **הַתְּשִׁבְתָּהּ**. Si prima radicalis צ est, mutatur תּ in ט, e. g. **דְּרַכְתָּךְ**, Hith. **הַצְּפַתְּךָהּ**. Si prima radicalis est ד vel ט vel תּ, praeformativi תּ assimilatur, e. g. **דְּבָרָהּ**, Hithp. **הַדְּבָרָהּ**, **מְמָאָהָרָהּ**, Hithp. **הַמְּמָאָהָרָהּ**, **מְמָמָהָרָהּ**.

III. De Verbis irregularibus.

A. De Verbis gutturalibus.

Si una trium radicalium Verbi est litera gutturalis aut ר, singulares quaedam formae oriuntur (§. 12). Quae ut planius describantur, Verba gutturalia trifariam dispertinentur in Verba primae gutturalis, Verba mediae gutturalis, Verba tertiae gutturalis, prout litera gutturalis aut primo, aut secundo, aut tertio loco est.

§. 33. De Verbis primae gutturalis.

Explicatur paradigma II. (**צַבֵּחַ stare**).

Quando prima radicalis est gutturalis, illae formae apparent anomalaes, in quibus prima radicalis š'vâ instruitur; ex §. enim 11, 1 š'vâ compositum esse debet. Et hoc quidem in Inf. et Imp. ac Fut. Kal, in Perf. Niphah, in toto Hiphil et Hophal accidit. In Fut. Kal, in Perf. Niph., in Hiphil, ubi Chirek praeformativi e š'vâ mobili exortum est, servantur leges §. 18, 2. b. traditae, v. Parad. Ubi š'vâ quiescens retinetur (§. 11, 1.), vocalis tamen praeformativi ad eandem normam eligitur, v.gr. **רְחַדֵּל, רְחַדֵּל, גְּעַדֵּר, גְּעַדֵּר, וְחַשְׁרֵךְ, וְחַשְׁרֵךְ**.

Quod gutturales Dagesch ornari nefas est, afficit Inf. Imp. Fut. Niphal, quae quidem formae ad normam §§. 11, 2 et 17, 2, b. efficiuntur.

Annot. Futurum *A* intransitivorum (§. 31) plerumque ad praeformativa Chateph-Segol adhibet, v. g. קִרְבָּן; idem etiam in Futuro transitivorum pro Chateph-Pathach non raro appetet, imprimis ubi Verbum ab **ו** incipit, v. g. קַרְבָּן, קַבְּלָן.

§. 34. De Verbis mediae gutturalis.

Explicatur paradigma III (קָרְבָּן genuflectere).

Haec Verba in Piël, Pual, Hithpaël anomala sunt lege §. 11, 2. proposita, quae ad literam **ר** praesertim attinet. Ubi media radicalis **ו** aut **ו** est, saepe Dagesch forte implicitum admittitur vocalesque correptae manent, v. g. קָרְבָּן, רָחֵם, לְהֻבָּה. Futurum vocali *A* usque instruitur (§. 11, 3). Gutturalis pro ſ'vā simplici compositum adsciscit, v. gr. יְהֻנָּשֶׁן; Imp. 2. f. יְהֻנָּשֶׁן est ad normam §. 18, 2. b.

§. 35. De Verbis tertiae gutturalis.

Explicatur paradigma IV (מְלַאֲךָ mittere).

Ea tantum verba hue pertinent, quorum ultima radicalis **ו** vel **ו** vel **ו** est; nam **ו** et **ו** in exitu Verborum positae quiescunt ideoque consonantium vim amittunt.

Anomalia istorum verborum regulis §. 11, 3 propositis comprehenditur; inde existunt formae קָרְבָּן, קָרְבָּה, שָׁמָשׁ, פְתָח, דְּרִישָׁה, גְּבָה, (חְתִּיכָּה) rel. ſ'vā quiescens ad gutturalem admittitur simplex, at in secunda persona fem. Sing. Perf. omnium coniugationum cum Pathach commutatur, v. g. קָרְבָּה pro קָרְבָּן (§. 18, 1, Annot. 1.)

B. De Verbis infirmis.

Annot. Infirma dicuntur ea Verba, quorum radicalis aliqua litera per declinationem evanescit; id quod plerumque ideo accidit, quia primitus bilitera erant ac postea demum una radicali aucta sunt. Augmentum vel litera semivocalis vel Nun est; quibus diverso loco positis varia Verborum infirmorum genera exstiterunt. Ad ea inter se

dignoscenda grammaticis in mentem venit ad rationem veteris paradigmatis פְּעַל primam radicalem פָּ, secundam עַ, tertiam נַ insignire, unde e. g. Verbum Phe-Nun (פְּנַ) Verbum est, cuius prima radicalis פָּ, Verbum Lamed-He (לְהַ) cuius tertia radicalis הַ est. Alteram radicalem geminatam esse, עַ designat. Ordo, qui servabitur, ex usu, non ex ratione est.

§. 36. Verba פָּאַ (Pe-Aleph) sine paradigmate.

Quinque verbis, quorum prima radicalis est פָּ, hoc proprium est, quod פָּ in Fut. Kal in Cholem quiescit; sunt autem haec:

פָּאַבְדֵּ אַבְדֵּה interire, פָּאַבְהֵ אַבְהֵה velle, פָּאַכְלֵ אַכְלֵה edere, פָּאַמְרֵ אַמְרֵה dicere, פָּאַנְחֵ אַנְחֵה coquere.

Quae verba (ut multa irregularia) praeterea in ultima Futuri Kal syllaba plerumque Zere, interdum Pathach habent. Futurum igitur hoc modo inflectitur:

Sing.	Plur.
רְאִמְרֵ (וְאִמְרֵ)	רְאִמְרָרָה
תְּאִמְרֵ	תְּאִמְרָנָה
תְּאִמְרֵה	תְּאִמְרָה
תְּאִמְרֵה	תְּאִמְרָנָה
אִמְרֵ (אִמְרֵ)	נְאִמְרָה

In prima Sing., ubi duo פָּ concurrunt, alterum assimilatur, ita ut non אַמְרֵ, sed אִמְרֵ scribatur.

Reliquarum formarum ratio istis Verbis cum Verbis primae gutturalis communis est, v. g. אמר, נאכל, ונאכילה.

§. 37. Verba נָעַ (Pe-Nun). Explicatur paradigma V (נָעַ accedere).

Verba, quorum prima radicalis est נָ, hoc Nun amittunt in Imp. et Inf. constr. Kal, v. g. שָׁבַע, שָׁבַעַת, שָׁבַעַת; ubi autem per praeformativa vocali privat, Nun sequenti consonanti assimilatur, v. g. רָדַע, אָמַל, נָעַ (Niph.) שְׁבִיעַ,

אָגִיד, et tunc Hophal Kibbuz pro Kamez-chatuph adsciscit, v. g. הַצֵּב, מַאֲלֵי. Nun igitur cum s'vâ mobili excidit, (excipe נְגַשְׁתָּם), cum s'vâ quiescente assimilatur.

Infin. constr. plerumque terminatur syllaba מְ vel, ubi concurrit gutturalis, מְ, accentu in penultima syllaba servato, v. g. נְגַנְתָּ, Inf. נְגַשְׁתָּ, נְגַעַת, Inf. נְעַזְתָּ. Reliquae formae regulares sunt.

Agnoscuntur haec Verba, ubi praeformativa accesserunt, Dagesch forti in prima radicali posito.

Annot. 1. Nun regulariter non assimilatur, ubi gutturalem praecedit, v. g. רִגְאָתָה, מְגַחֵּלָה; legitur tamen etiam Niphah גַּחְתָּ ad §. 11, 2.

Annot. 2. Verbo נְפָנָן (*dare*) praeter anomaliam Verborum נְ hoc quoque proprium est, quod tertia radicalis נְ ante הְ assimilatur, e. g. Perf. 2. Sing. נְפָנָתָה pro נְחָנָתָה et Inf. נְחָנָתָה pro נְחָנָתָה. (Etiam חָנָה נְחָנָה Ps. VIII, 2.) Futuri vocalis extrema est E (נְפָנָן).

Annot. 3. In Verbo נְקַבֵּל (*sumere*) נְ eodem modo tractatur, quo נְ verborum נְ; Fut. נְקַבֵּת, Inf. נְקַבֵּת, Fut. Hoph. נְקַבֵּת, Niphah autem נְקַבֵּת.

§. 38. Verba פְּ (Pe-Jod.)

Verba, quorum prima radicalis est פְּ, in tres distinguuntur classes:

1. Primam classem (Verba contracta פְּ) ea constituunt, quorum prima radicalis pariter ac Verborum פְּ habetur, scilicet: רְצַחַת *comburere* (Niph. נְצַחַת, Hiph. חָאָרָת), רְצַעַת *substertere*, רְצַקָּה *fundere*, רְצַרָה *formare* (secunda quaque radicali רְ).

2. Altera Verborum פְּ classis (quae proprio sensu hue referenda est) hoc tantum habet peculiare, quod Jod in Fut. Kal et in Hiphil in vocali praeformativi quiescit (§. 12.), quae quidem illuc Chirek, hic Zere est. Cetera omnia his cum tertiae classis Verbis communia sunt; e. g. רְטַבָּה, Fut. Kal רְטַבָּה, Praet. Hiph. חְרַטִיבָה, Fut. Hiph. גְוַתִיבָה.

Secundam classem haec sex Verba constituunt: רְצַרָה *formare*, רְשַׁרְתָּ *rectum esse*, רְטַבָּה *bonum esse*, רְגַכָּה *sugere*, רְלַלְתָּ *lamentari*, רְקַעְתָּ *expergefieri*.

Annot. Haec Verba plerumque Futurum et Imperativum *A* adsciscunt. Infinitivus Kal regularis esse solet.

3. Verba פִּי quae supra non sunt enumerata, primitus a Vav ordientia (פָּה) tertiam constituunt classem. De quibus observanda sunt, quae sequuntur.

Annot. In paradigmate brevitatis et concinnitatis causa ad formas tertiae classis (quae numerosior est) simul formae anomalae primae et alterius classis appositae reperiuntur. Verbum בְּצַר ubi ad normam I. et II. classis inflectitur, *formare*, si secundum III., *coarctari* significat.

Explicatur paradigmata VI. בְּצַר.

4. Verba פִּי tertiae classis in Niphal, Hiphil et Hophal pro Jod primitivum Vav proferunt. Quare in praeformativis harum trium coniugationum usitata non appareat vocalis auxiliaris, sed loco eius alia vocalis literae Vav homogena; ac Niphal quidem et Hiphil Cholem accipiunt, in quo Vav quiescit, Hophal autem Schurek, e. g. Kal בְּצַר, Niph. נֹצֵר, Hiph. הַנֹּצֵר, Hoph. נֹסֶת, הַנֹּסֶת, רְוִלֵּד, הַרְוִלֵּד, אַוְרֵשׁ.

5. In Inf., Imp. et Fut. Niphal consonans Vav simpliciter loco literae Jod substituta est; Inf. הַנֹּצֵר, Fut. רְוִלֵּד.

6. In Fut. Kal prima radicalis omnino omittitur, apertaque syllaba ad praeformativum Zere additur: יְקֻנֵּשׁ, יְצַר, יְרַעֲשֵׁךְ (אַרְצָה), Inf. אַרְתָּה, רְוִלֵּד, Inf. דְּעַת (conf. §. 37).

Annot. 1. Verba פִּי tertiae classis Fut. *E* adhibere solent; at ubi gutturalis in altera syllaba est, Fut. *A* efformatur, v. g. יְבָרֵךְ, בְּרָכָה.
Annot. 2. Sunt verba פִּי, quae ad plures simul classes pertinent, v. g. בְּשַׂר, Fut. בְּשַׁר et בְּשַׁר, בְּשַׁבֵּשׁ, Fut. בְּשַׁבֵּשׁ, Hiph. בְּשַׁבְּשֵׁת, הַבְּשַׁבְּשֵׁת, Fut. בְּשַׁבְּדֵךְ, Inf. Hoph. בְּשַׁבְּדֵךְ.

Annot. 3. Verbum בְּלַהֲתָה, *ire*, quod frequens in usu est, antiquitus item בְּלַהֲתָה fuit, quo factum est, ut excepto Perf. Part. Inf. abs. Kal formae ab hac radice derivatae frequentiores sint: Kal Inf. constr. בְּלַהֲתָה, Imp. בְּלַהֲתָה, Fut. בְּלַהֲתָה, Hiph. Perf. הַזְּלַהֲתָה cet.

§. 39. Verba mediae geminatae עֲ (‘Ajin-‘Ajin).

Explicatur paradigma VII (בְּ se vertere).

Verba עֲ singulariter declinantur ideo quod, quantum fieri potest, secunda cum tertia radicali contrahitur.

1. Secunda cum tertia litera non contrahitur, ubi vocales eiici nequeunt, h. e. in Inf. absol. et Part. Kal, atque per coniugationes Poël, Poal, Hithpoël (v. Par.). Alias litera geminata usque semel tantum per Dagesch duplicata scribitur, unde verbi radix monosyllaba fit. Dagesch autem, quum in consonante finali poni non possit (§. 7, Annot. 1), illuc tantum appetet, ubi radix afformativo praedita est; e. g. Sing. Kal 3. m. בְּ, 3. f. בִּתְהָ.

2. Radix sic monosyllaba facta illa usque vocali notatur, quam Verbi regularis eadem forma in ultima habet radicis syllaba, e. g. סְבָבָ (סְבָבָ) Imp. סְבָבָ (סְבָבָ); excipiuntur Inf. et Fut. Niph., quibus Pathach pro Zere est: הַסְבָּבָ pro סְבָבָ, הַסְבָּבָ וְסְבָבָ pro סְבָבָ.

3. Monosyllabae radicis praeformativa longis notantur vocalibus, quoniam syllabae apertae sunt, atque in Perf. Niph. et Fut. Kal ponitur Kamez, Fut. Kal יְשָׁבָ, Niph. סְבָבָ, Hiph. הַסְבָּבָ, (Part. סְבָבָ), Hoph. הַיְשָׁבָ.

4. In omnibus illis formis, in quibus afformativum incipit a consonante, posito Dagesch syllaba duabus consonantibus clauditur, id quod fieri prohibetur §. 18, 1. Itaque ante afformativa a consonante incipientia vocalis interponitur auxiliaris, et Cholem quidem plenum in Perf., Segol cum Jod quiescente (־) in Fut. et Imp., e. g. סְבָבָנִיהָ et תְּסֻבָּנִיהָ. Quae quum accentu afficiantur, Kamez, quod e lege syllabam accentu pressam praecedens (§. 18, 3.) eiicitur, v. g. Niph. בְּסָבָ (pro בְּבָ), 2. m. נְסָבָנִיהָ; item תְּסֻבָּנִיהָ et תְּסֻבָּנִיהָ.

5. In Imp. et Fut. Kal (Imp. 2. fem. Pl. סְבָרִנָה, Fut. 2. et 3. fem. Pl. סְבָרִנָה) et in Hiphil (Perf. 3. Sing. הַסְבָּבָ, 2. m. יְשָׁבָ etc. Fut. יְשָׁבָ 2. et 3. fem. Pl. תְּסֻבָּנִיהָ), ut

paradigma docet, vocales corripiuntur; id quod accentu ir vocalem auxiliarem transeunte efficitur (§. 17, 1, a.). Ad afformativa autem הָנִ, הָנֵי, הָנֶנְיָה horum Verborum contra regulam accentus non admovetur, et in Hiphil ante eadem vocalis longa remanet, e. g. Perf. 3. fem. Sing. הָנַפְתָּחָה, 3. m. Pl. הָנַפְתָּחָה, Fut. 2. fem. Sing. הָנַפְתָּחָה.

6. In Piël, Pual, Hithpaël horum Verborum altera radicalis, Dagesch posito, ter repetita apparere debebat. Hoe eo evitatur, quod eorum loco coniugationes Poël, Poal et Hithpoël derivantur, quae regulariter inflectuntur. Aliquis autem Verbis radix monosyllaba duplicatur, atque sic coniugationes existunt, quae Pilpel et Hithpalpel dicuntur, e. g. גָּלַל volvere, Hithpalpel הַתָּגַלְלֵנָה se volvere, ab radice גָּלָל.

§. 40. Verba עַ ('Ajin-Vav).

Explicatur paradigmata VIII A. (בָּאֵפָר surgere).

Huc illa Verba pertinent, quorum media radicalis ו fuisse videtur, nunc quidem aut omissa aut in vocalem ו vel ו mutata. Verba haec plures et maiores prae se ferunt anomalias, quam quae hactenus commemorata sunt. Ad explicandam eorum singularitatem plurimum iuvabit, si haec Verba 'Ajin-Vav cum praecedentibus Verbis 'Ajin-'Ajin comparabimus.

Annot. Verba עַ semper in Infinitivo citantur, ut melius a Verbis עַ distinguiri possint.

I. Paradigma קָוָם cum Verbo סָבָב commune habet:

1. quod radix bilitera et monosyllaba est;
2. quod praeformantibus longae vocales sunt et in Fut. Kal quidem et Perf. Niphal Kamez (rarissime Zere, at semper Part. Hiph. סָמְקָרָם);
3. quod loco Piël, Pual, Hithp. formae Polel, Polal, Hithpolel adsunt (קָוָם, קָוָמָם, הַתָּקָוָמָם) cum formis Poël, Poal et Hithpoël verborum עַ concinentes;

4. quod vocalis auxiliaris ה in Perf., י in Fut. inseritur ante afformantia a consonante incipientia (attamen tantum in Fut. Kal et in Perf. Niphal et Hiphil, minime vero in Perf. Kal aut in Fut. Niph. aut Hiph. neque etiam in toto Hophal), e. g. Fut. Kal 3. f. Pl. תְּקִימֵנִיהָ, Niph. Perf. 2. m. Sing. תְּקִימֹתָהּ, Hiph. Perf. 2. m. Sing. תְּקִימֹתָהּ, contra autem Perf. Kal 2. m. Sing. תְּקִימָהּ.

Annot. Ante afformans נָהָ in Fut. Niph. ה in י, in Fut. Hiph. י in י mutatur, e. g. תְּקִמָּהָ, תְּקִמָּהָ.

II. A Verbo בַּ diversam habet קּוֹם punctuationem radicis monosyllabae, et in hunc quidem modum:

Perfecto Kal vel Kamez est, vel in intransitivis etiam Zere et Cholem, v. g. בְּקָם, מְתוּ, אֲזָר;

Imp., Inf., Fut., Part. pass. Kal habent Cholem vel Schurek: Imp. et Inf. בְּאָ, קִים, Fut. יְבָאָ, Part. pass. לְוָם;

Futuro converso Kal Kamez-Chatuph, raro Kibbuz appositum est, v. g. בְּקָם, בְּקָם;

Part. act. Kal habet Kamez, in intrans. etiam Zere: בְּקָם, מְתוּ;

totum Niphal Cholem habet, quod translato accentu in Schurek mutatur: Perf. בְּקָם, Fut. יְקָם;

Hiphil servat Chirek magnum: Perf. הְקִים, Fut. יְקִים, Fut. apoc. בְּקָם, בְּקָם.

Annot. Non omnia Verba, quorum media radicalis litera י est, anomala sunt, sed in nonnullis Vav vim consonantis retinet, imprimis in omnibus, quorum ultima radicalis He est; e. g. צִוָּה, Pi. צִוָּה mandare; קִוָה, Pi. קִוָה expectare; etiam יְמִינָה, Fut. יְמִינָה mori.

§. 41. Verba עֲ (Ajin-Jod).

Explicatur paradigma VIII B. (בִּרְצָנָה animadvertere).

Nonnulla praecedentis classis Verba praeter illas quas supra commemoravimus formas in toto Kal (excepto Part.) alteram habent formam, quae Chirek magno punctata est;

paradigma docet, vocales corripiuntur; id quod accentu in vocalem auxiliarem transeunte efficitur (§. 17, 1; a.). Ad afformativa autem הָ, גָ, רָ horum Verborum contra regulam accentus non admovetur, et in Hiphil ante eadem vocalis longa remanet, e. g. Perf. 3. fem. Sing. הַשְׁבֵּה, 3. m. Pl. הַשְׁבִּים, Fut. 2. fem. Sing. הַשְׁבִּי.

6. In Piël, Pual, Hithpaël horum Verborum altera radicalis, Dagesch posito, ter repetita apparere debebat. Hoc eo evitatur, quod eorum loco coniugationes Poël, Poal et Hithpoël derivantur, quae regulariter inflectuntur. Aliquis autem Verbis radix monosyllaba duplicatur, atque sic coniugationes existunt, quae Pilpel et Hithpalpel dicuntur, e. g. גָּלַל volvere, Hithpalpel חַתְּלִלְגֵּל se volvere, ab radice לְלָל.

§. 40. Verba עַ ('Ajin-Vav).

Explicatur paradigmata VIII A. (כִּי surgere).

Huc illa Verba pertinent, quorum media radicalis ר fuisse videtur, nunc quidem aut omissa aut in vocalem ר vel ר mutata. Verba haec plures et maiores prae se ferunt anomalias, quam quae hactenus commemorata sunt. Ad explicandam eorum singularitatem plurimum iuvabit, si haec Verba 'Ajin-Vav cum praecedentibus Verbis 'Ajin-'Ajin comparabimus.

Annot. Verba עַ semper in Infinitivo citantur, ut melius a Verbis עַ distingui possint.

I. Paradigma קִם cum Verbo סְבִּי commune habet:

1. quod radix bilitera et monosyllaba est;
2. quod praeformantibus longae vocales sunt et in Fut. Kal quidem et Perf. Niphal Kamez (rarissime Zere, at semper Part. Hiph. מִקְרֵב);
3. quod loco Piël, Pual, Hithp. formae Polel, Polal, Hithpolel adsunt (קֹמֶם, קֹמֶם, חַתְּקֹמֶם) cum formis Poël, Poal et Hithpoël verborum עַ concinentes;

4. quod vocalis auxiliaris נ in Perf., י in Fut. inseritur ante afformantia a consonante incipientia (attamen tantum in Fut. Kal et in Perf. Niphal et Hiphil, minime vero in Perf. Kal aut in Fut. Niph. aut Hiph. neque etiam in toto Hophal), e. g. Fut. Kal 3. f. Pl. קַיּוֹמִינָה, Niph. Perf. 2. m. Sing. בְּקַיּוֹמָה, Hiph. Perf. 2. m. Sing. הַקִּימָה, contra autem Perf. Kal 2. m. Sing. קַיּוֹם.

Annot. Ante afformans נ in Fut. Niph. נ in י, in Fut. Hiph. י in נ mutatur, e. g. קַיּוֹמִינָה, תְּקַיּוֹמָה.

II. A Verbo סְבַד diversam habet קִוּם punctuationem radicis monosyllabae, et in hunc quidem modum:

Perfecto Kal vel Kamez est, vel in intransitivis etiam Zere et Cholem, v. g. סָמֵךְ, אָזֶר, מָתֵחַ;

Imp., Inf., Fut., Part. pass. Kal habent Cholem vel Schurek: Imp. et Inf. קִוּם, בָּזָא, Fut. וּבָזָא, Part. pass. לְגֹטָה;

Futuro converso Kal Kamez-Chatuph, raro Kibbuz appositum est, v. g. סָקְלָנָה, סָקְלָנָה;

Part. act. Kal habet Kamez, in intrans. etiam Zere: סָמֵךְ, מָתֵחַ;

totum Niphal Cholem habet, quod translato accentu in Schurek mutatur: Perf. נִקּוּם, Fut. וִיקּוּם;

Hiphil servat Chirek magnum: Perf. הַקִּים, Fut. יִקְרִים, Fut. apoc. יִקְרֵם, סָקְלָנוּ.

Annot. Non omnia Verba, quorum media radicalis litera י est, anomala sunt, sed in nonnullis Vav vim consonantis retinet, imprimis in omnibus, quorum ultima radicalis He est; e. g. צְהַלָּץ, Pi. צְהַלָּצָה mandare; צְהַלָּקָה, Pi. צְהַלָּקָה expectare; etiam שְׂנָא, Fut. שְׂנָא mori.

§. 41. Verba "שׁ" ('Ajin-Jod).

Explicatur paradigma VIII B. (בִּין animadvertere).

Nonnulla praecedentis classis Verba praeter illas quas supra commemoravimus formas in toto Kal (excepto Part.) alteram habent formam, quae Chirek magno punctata est;

unde nomen נֶל. A Verbis נֶל non differunt, nisi quod secundâ formâ adhibitâ in Kal quoque ante afformativa a consonante incipientia נָ inseritur, v. g. בְּרִנְגָּתָם, בְּרִנְגָּתָה, contra autem בְּנָמָם, בְּנָמָה.

Sunt etiam, quae medium נָ omnino non admittant, velut altercari, רַבְדֵן iudicare, שְׁלֹשָׁה laetari.

§. 42. Verba נֶל (Lamed-Aleph)

sine paradigmate.

Verba, quorum tertia radicalis est נֶ, illud proprium habent, quod hoc נֶ quiescit, quotiescumque vocalis *a* aut *e* in ultima syllaba apparet. Quare Pathach quod alias ultimae syllabae est, ubique in Kamez producitur. Ante omnia afformativa, quae a consonante incipiunt, נֶ in Perf. in Zere, (excepto Perf. Kal, quod Kamez habet) in Fut. in Segol quiescit; e. g. Kal Perf. Sing. 3. m. אֲצָמָה, 2. m. אֲצָמָה; Fut. Sing. 3. m. אֲצָמָה, Plur. 2. f. אֲנָצָמָתָה. — Niphal Perf. Sing. 3. m. אֲצָמָה, 2. m. אֲנָצָמָה, Hiph. Perf. Sing. 3. m. הֲמָצָאָה, 2. m. הֲמָצָאָה, Fut. Sing. 3. m. וְמָצָאָה, Plur. 3. f. וְמָצָאָה.

§. 43. Verba נֶה (Lamed-He).

Explicatur paradigma IX (הַלְלוּ manifestare).

Verba, quorum tertia radicalis est נֶה (unde nomen נֶה), natura sua sunt נֶה atque has servant proprietates e duplice indole deducendas:

1. In formandis personis נֶה ante omnia additamenta mutatur sic:

a. in tertia fem. Sing. Perf. נֶה in נֶה commutatur: הַלְלוּתָה pro הַלְלוּתָה;

b. ante omnia afformativa, quae a consonante incipiunt, נֶה in נֶה mutatur, quod in Perf. in Zere (in Kal tantum et interdum in Piël in Chirek), in Imp. et Fut. in Segol quiescit: הַלְלוּתָה, הַלְלוּתָה, הַלְלוּתָה etc.;

c. ante omnia affirmativa, quae a vocali incipiunt, ח omittitur: בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה etc.

2. In formandis coniugationibus haec observantur: quiescit ח

in omnibus Perfectis in Kamez, בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה etc.

in omnibus Imperativis in Zere, בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה etc.

in omnibus Futuris et Participis in Segol, בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה etc.

etc. בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה etc.

in Part. pass. Kal ח mutatur in ר, בְּגַלְלָה.

in omnibus Inff. commutatur cum forma finali וֹת: בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה etc.

3. His Verbis per omnes coniugationes Futurum apocopatum et Imperativus apocopatus est, omissio ח cum suo Segol, e. g. in Niph. וְגַל a בְּגַלְלָה, in Piël a בְּגַלְלָה, וְגַל a בְּגַלְלָה. Quum tali modo in Kal et in Hiphil formae trium consonantium et unius tantum vocalis evadant, e. g. וְגַל apoc. וְגַל, Hiph. וְגַל apoc. וְגַל, ad formandam novam syllabam vocalis auxiliaris sub radice ponitur (§. 18, 1), e. g. וְגַל Fut. Kal a בְּגַלְלָה וְשַׁע a בְּגַלְלָה ab וְשַׁה deductum.

Annot. 1. Vocalis auxiliaris hic illic omittitur, v. g. בְּקַבְבָּק, בְּקַבְבָּק; praesertim ab Aleph abest, quia eo occurrente syllaba in duas consonantes exire non existimatur, v. g. בְּרַב.

Annot. 2. Chirek praeformativi in Fut. apoc., quia in syllaba aperta positum est, saepe in Zere producitur (§. 17, 2, a) v. g. בְּרַב, בְּרַב.

Annot. 3. Praeformativa Fut. et Imper. apoc. Hiph. Segol pro Pathach admittunt, nisi Gutturalis occurrit, v. g. בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה, בְּגַלְלָה.

Annot. 4. Verbis חִיָּה esse, et חִיָּה vivere, Fut. apoc. sunt et חִיָּה, et חִיָּה.

Annot. 5. Tria Verba אֲחָת pulchrum esse, שְׁמַר iaculari et praeципie شְׁמַר flectere loco Piël formam Pilel et loco Hithpaël formam Hithpalel habent, quibus in formis ultima duplicatur radicalis, ita tamen, ut prius He in Vav mutetur, v. g. אֲנָה שְׁמַר s. אֲנָה decet, שְׁמַר iaculatus est, חִיָּה vivere, Fut. apoc. שְׁמַר, se inclinavit, adoravit.

§. 44. Universales quaedam notationes de Verbis
irregularibus.

1. Nonnullis Verbis propter radicalium suarum naturam duplex vel triplex simul anomalia est; e. g. Verbum נִכְחָה est simul Pe-Nun et Lamed-He; unde de tota radice subinde nil nisi solum כ remanet: Fut. Hiph. נִכְחָה apoc. נִכְחָה.

2. Verba irregularia, imprimis quibus radix monosyllaba est, saepe varia declinatione utuntur, ita ut ad normam duorum paradigmatum inflectantur, et hoc vel una vel duplici significatione, v. g. נִידָה, נִידָה, fugere, פֹרֶג frangere, פֹרֶג et פֹרֶג parere, פֹרֶג findere.

3. Sunt quaedam Verba, quorum aliquae tantum formae in usu sunt (V. defectiva), et hoc saepius sic ut singula formis aliis ab alio themata derivatis inter se compleantur, v. g. טוֹב bonum esse, Fut. בַּגֵּר (בַּתְּבִיב) timere, Fut. בַּגְּרָר (בַּתְּרָר) grow.

§. 45. De radicibus monosyllabis recte inter se
distinguendis.

Quando sublatis afformantibus et praeformantibus radix superest duorum consonantium, Verbum agnoscitur aut פְּנַי esse, aut פְּנַי, aut פְּלַעַן, aut פְּלַעַן, aut פְּלַחַן.

1. Verba פְּנַי eo cognoscuntur, quod prima consonans Dagesch forti insignita est (cf. tamen §. 7, Annot. 2). Duabus ergo radicalibus כ anteponendum est, ut Verbum in lexico inveniri possit. Si autem sub litera Nun vocabulum non inveniatur, sub Jod quaerendum est; nam ex illis potest esse Verbis פְּנַי, quae more Verborum פְּנַי tractantur.

2. Verba פְּנַי radicem monosyllabam in Inf., Imp., Fut. Kal et Hiphil ostendunt; quae formae facile cognosci possunt punctuatione. Inf. in פְּנַי desinit. Cavendum est tantum, ne haec Verba פְּנַי cum Verbis פְּנַי confundantur.

3. Verba פְּלַעַן facillime confundi possunt cum פְּנַי et פְּנַי, et hoc quidem in Imp. tantum et Fut. Distinguuntur autem

per punctuationem Cholem et per Kamez sub praeformante positum. Deinde confundi possunt cum שׁ; attamen Dagesch forti et punctatione facile distinguuntur, quum Verbis שׁ Schurek et Cholem propria sint.

4. Verba שׁ et שׁי cum שׁtantum confundi possunt, de qua re v. §. 40.

5. Verba שׁל in Fut. tantum apocopato dubitationem movere possunt. Hic autem vocali praeformantis distinguuntur, quippe quae Chirek parvum aut Pathach in aperta est syllaba.

B. De Pronomine.

§. 46. De Demonstrativo.

Demonstrativum tres potissimum habet formas:

Sing. masc. הַזֶּה *hic*,

Sing. fem. הַזֶּה (זֶה, זָה) *haec*,

Plur. comm. הַזְּנָה (זָנָה) *hi, hae, haec*.

Praeter formas uncinis inclusas, quae quidem rarae sunt, rarius etiam inveniuntur hae formae: masc. הַזְּהָה vel הַזְּהָה, fem. הַזְּנָה, et in poetarum usu הַזְּנָה comm.

Annot. De articulo, quod item est pronomen demonstrativum, v. §. 51.

§. 47. De Relativo.

Huc pertinet particula רֹשֶׁת, quae pro genere et numero immutata permanet. Eius locum interdum שׁ cum sequente Dagesch (rarius שׁ aut שׁ) obtinet, quod quidem ut praefixum vocibus affigitur, e. g. נִלְשֵׁת *qui non*.

§. 48. De Interrogativo.

Duo sunt pronomina interrogativa מַה *quis?* et מַה (fem.) *quid?* Alterum hoc vocabulum plerumque per Makkeph et Dagesch forte coniunctivum voci sequenti adiungitur, inter-

dum etiam cum eo in unum cogitur, v. g. מְהַזְּאת (§. 16, c.), מִלְכָם. Ante verba, quorum prima syllaba הָ aut הֵ aut שׁ est, מְהֹ scribitur, v. g. מְהֹ שְׁוִיתָ.

§. 49. De Pronomine personali (et possessivo).

Paradigma X.

Pronomen personale aut vocabulum est proprium (pronomen separatum) aut additamentum tantum Verbi vel nominis, interdum etiam particularum (pronomen suffixum). Pronomen separatum indicat Nominativum, suffixum nominis designat Genitivum pronominis, vel quod idem est, pronomen possessivum, suffixum Verbi exhibet obiectum vel Accusativum.

Annot. 1. Suffixa et Afformativa sunt primitivae Pronominum personalium formae, in quibus הָ et הֵ variant. Pronomen separatum 1. et 2. pers. perspicue cognoscitur compositum esse ex vetusto nomine נָ atque Suffixis, ita ut נָבְרִי valeat *meam personam*, סְפָרָא (pro סְפָרָתָא) *vestram personam* cet.

Annot. 2. Ad memoriam sublevandam observetur, suffixum nominis primae tantum personae aliquantum diversum esse a suffixo Verbi, et suffixa nominum Plur. Jod anteposito distingui.

§. 50. De Verbo Suffixis adaucto.

Explicatur paradigmata XI.

1. Suffixa Verbi (praeter הָ, סְפָרָא et נָבְרִי) triplici forma occurunt, 1. forma simplici, quae a consonante incipit et iis Verbi formis apponitur, quae vocali terminantur; 2. ligamine *A* ornata, quae forma iis Perfecti formis annexetur, quae consonante terminantur; 3. ligamine *E* instructa, quae forma iis Futuri et Imperativi formis, quae consonante terminantur, apponitur.

2. Praeter suffixorum formas usitatas aliae interdum usurpantur, quae dicuntur suffixa Nun epentheticō adaucta et reperiuntur in paradigmata tertia columnā; ad quae cf. §. 13. Annot.

3. Verbi ipsius formae apponendis suffixis hoc modo aptantur:

a. Perfectum.

Kal.

	Sing.		Plur.
3. masc.	קָטַל		קָטְלִי
3. fem.	קָטַלְתָּה		
2. masc.	קָטַלְתָּךְ (קָטַלְתָּךְ)		קָטְלָתָה
2. fem.	קָטַלְתָּךְ		
1. comm.	קָטְלָנָה		קָטְלָנָה

Prima igitur vocalis ubique omittitur, quia iam accentum non praecedit.

In Piël Zere radicis ante ק, מ, נ et כ in Segol mutatur, ante cetera suffixa omnino excidit.

Hiphil immutatum manet.

Ceterae coniugationes propter naturam suam passivam suffixis non utuntur.

b. Futurum.

Cholem Futuri Kal ante ק, מ, נ in Kamez-Chatuph mutatur, ante cetera suffixa omnino omittitur.

Verbis, quae futurum A habent, idem retinetur et apertâ syllabâ in Kamez producitur.

In Piël Zere abiicitur aut corripitur, ut supra.

Hiphil immutatum manet.

Pro forma feminina secundae et tertiae Plur. (in נ) forma masc. (in ג) in usu est.

c. Infinitivus.

Infinitivus Kal apponendis suffixis in forma נְקַר appears et pro vi sua modo suffixum Verbi, modo suffixum nominis accipit, e. g. נְקַרְנִי cum suffixo Verbi, i. e. cum Accusativo significat *me necari*, et נְקַרְנִי cum suff. nominis, i. e. pronomine poss. significat *occisionem a me factam*.

d. Imperativus.

Forma Imperativi pro suffixis adiungendis Infinitivo aequalis apparet בְּקָרֶב. Formae קָרְבָּנִי et קָרְבָּנִי remanent, ac posterior etiam forma feminini est.

e. Participium.

Participia Kal et Piël Zere amittunt et sicut Inf. pro sua significatione modo Verbi modo nominis suffixa accipiunt.

Annot. Verb. בְּלֹא ante omnia suff. בְּ cum eius vocali amittunt, e. g. צָנַע ab עֲנָה, נָהָז a צָהָז Piël Verbi צָהָז.

C. De Nomine.

§. 51. De Articulo.

Primitiva articuli forma erat הַל. Nunc quidem articulus vox separata non est, sed praefixum tantum nominis; הַ enim assimilatur primae vocabuli consonanti ad leges §. 11 et 13 prolatas. Sic tres formae existunt:

1. (הַ) He cum Pathach et sequenti Dagesch sive scripto sive implicito, quae est forma vulgaris, v. g. הַכָּבֵר *verbum*, הַעֲמָס *equus*, הַחֲרֵב *mensis*, הַחֲכָמָה *sapientia*.
2. (הַ) He cum Kamez sine Dagesch, quae forma usurpatur semper ante נ et ר, plerumque ante ש atque נַחַת, (n. 3), v. g. הַאֲרִיךְ *vir*, הַרְאֵת *caput*, הַעֲבָדָר *servus*, הַמְרָאָת *mons*.
3. (הַ) He cum Segol sine Dagesch, quae forma usurpatur ante נַחַת, שַׁחַת sine accentu prolata, v. g. הַחֲרִים *montes*, הַחֲזֹוֹת *visio*, הַגְּזָרִים *oppida*.

Articulus non solum substantivis, sed etiam adiectivis et pronominibus apponitur, v. g. הַחְזָקָה *iste*, הַחְמָה *iidem*.

§. 52. De Nomine (substantivo et adiectivo).

Substantiva et adiectiva Hebraica, quod ad formam attinet, inter se non sunt diversa. Neque adest forma com-

parativa aut superlativa. Pariter adverbiorum a substantivorum forma non differt.

Nomen aut masculini aut feminini generis est. Neutrū quod dicitur linguae Hebraicae non est. Masculinū terminatione propria non utitur, femininū autem terminationibus חַ- et נַ- (rarius תַ- וְתַ- יַ- וְיַ-). Neque tamen omnia feminina tali terminatione distinguuntur.

Praeter singularem et pluralem numerū Hebraei dualem quoque sua terminatione exprimunt, eum autem talium rerum, quae natura binae sunt: oculorum, manuum cet.

Plurima nomina Verborum ad instar e radice derivata, ternas habent consonantes bināsque vocales. Talem simplicem vocem nomen nudum appellant. Si autem in initio aut in fine ad radicem literae accedunt, eiusmodi vocabulum nomen auctum nominatur. Nominibus sic derivandis inserviunt אֶ, חֶ, רֶ, מֶ, נֶ, כֶּ (הָאָמֵנְתִּירָה) ideoque literae serviles vel heemanticae dicuntur.

§. 53. De declinatione Nominum.

Declinatio nominum saltem per casus in linguis semiticis non est; unde comparate tantum et analogice de iis, quae ex linguarum Europearum studio nota sunt, hic disseritur.

1. Dativus formatur praefixa praepositione בְּ, Ablativus anteposito בַּ (per), aut בְּנָ (ab). Ubi nomen articulum habet, antepositis literis בְּ, בַּ litera הָ articuli omittitur atque praepositio vocalem eius ad se assumit, e. g. *verbum*, Dat. בְּבָרֶךְ *verbum*, Dat. בְּלִבְרֶךְ; בְּשָׁעָה *vis*, vi. Praepositio בְּn articulum intactum patitur ac plerumque ad leges §. 16 et 11 prolatas cum nomine copulatur, v. g. בְּן הָאָרֶץ, בְּנֵי הָאָרֶץ.

2. Accusativus aut simplici nominis forma exprimitur, aut ubi nomen quoquo modo definitum est, anteposita particula אֲתָה sive אֲתָתָה, v. g. אֲתָה הָקֵרֶב vel אֲתָה הָקֵרֶב *verbum s. rem*, אֲתָה בְּנֵו, אֲתָה אֲרִישׁ, אֲתָה קֹרֵיד.

Annot. Vetusta Accusativi terminatio est **הַ-** (He locale), quae terminatio iam non nisi regionem exprimit accentumque intactum servat, v. g. סְבָדָחַת *domum* (a *רִיחֵן*), חַרְצָה *in terram* (ab *רֶאָף* vel *אַף*), בָּבָלָה *Babylonem*.

§. 54. De Statu constructo (Genitivo).

Nomen a nomine pendere Hebraei multo aliter, atque nos, designant. Non enim, quod nobis Genitivus est, mutant, sed ipsum nomen regens, quippe quod omissio accentu cum altero quasi in unam vocem cogitur, v. g. דְּבָרִים *verbū Domini*, כָּל־הָעָם *universitas populi*, יָם־מֶלֶחֶת *mare salis*. Sic forma vocalibus brevior existit, quae status constructus dicitur, quum primitiva nominis forma status absolutus nominetur. Nonnullis nominibus eadem forma in utroque statu est, v. g. סִוס *equus*, סִוס הַמֶּלֶךְ *equus regis*. מֶלֶךְ יְשָׁרָאֵל *rex Israëlis*.

§. 55. Quatenus nomina ad formandum statum constructum immutentur.

(Cf. *paradigma XII.*)

1. Ad statum constructum formandum vocalis nulla mutatur praeter Kamez et Zere. Hae vero in duabus tantum ultimis syllabis mutantur; utraque enim vocalis in ultima syllaba Pathach, in paenultima s'vâ fit, e. g. בָּבָר, stat. constr. בְּבָר, זָקָן, stat. constr. זָקָן. Gutturales hic quoque non simplici, sed composito s'vâ ornantur, e. g. חַצֵּר, *villa*, stat. constr. חַצֵּר, שָׁנָה *ramus*, stat. constr. שָׁנָה.

2. Formae femininae terminatio **הַ-** statu constructo in **הַ-** mutatur, v. g. מֶלֶכֶת מִצְרָיִם *regina Aegypti*, et si Kamez aut Zere in paenultima sunt, in s'vâ mutantur, ut supra dictum est, v. g. עַצְחָה *consilium* — עַצְחָה. Terminaciones fem. **הַ-**, **וִתְ-**, **וִתְ-** in statu constr. immutatae manent, v. g. מֶלֶכֶת פְּשָׁרִים, *regnum Chaldaeorum*.

§. 56. De Forma Plurali masculinorum.

Pluralis masculinorum formatur apposita terminatione **רִים** (raro **רֵין**) ad statum constructum Sing., v. g. פְּקִידָה—פְּקִידִים—פְּקִידִיִּם. Si vocalis ultimae syllabae propter statum constructum correpta erat, (§. 55.), rursus producitur aut in Kamez aut in Zere ad legem §. 17, 2. a. indicatam, e. g. דְּבָרֶר, stat. constr. דְּבָרִים, זְקֹן, דְּבָרִים, senex stat. constr. זְקַנִּים, Plur. זְקָנִים.

§. 57. De Forma Duali.

Dualis formatur apposita eodem modo ad stat. constr. Sing. terminatione **רִים**, e. g. דְּבָרִים, Dual. דְּבָרִים.

§. 58. De statu constructo Pluralis et Dualis.

Forma status constructi in plurali et duali numero una est. Quae quidem existit mutata terminatione Plur. **רִים** in **רֵיִם**, et mutatis Zere et Kamez ea ratione, quam supra pro statu constructo attulimus (§. 55.). Quod si duo ſ'vā ab initio concurrunt, prius in vocalem auxiliarem mutatur (§. 18.), e. g. דְּבָרֶר, Plur. דְּבָרִים, stat. constr. Plur. דְּבָרִיִּם; חֲצֹרֶר, Plur. חֲצֹרִים, stat. constr. חֲצֹרִיִּם.

§. 59. De femininorum Plurali et Duali.

1. Pluralis nominum femininorum existit terminatione **מִתְּ** in **מִתְּ** mutata, e. g. *annus* Plur. **מִתְּשָׁנָה**; quod si nomen singulare terminationem femininam non habet, **מִתְּ** simpli-citer adiungitur, e. g. **מִתְּכָ**, *palma manus* Plur. **מִתְּכָפֹת**.

2. Status constr. Plur. retinet terminationem **מִתְּ**, Kamez vero et Zere sicut in Sing. in paenultima eiiciuntur, e. g. **מִתְּשָׁנָה**, stat. constr. **מִתְּשָׁנָות**:

3. Dualis ex statu constr. Singularis formatur mutationibus quas §. 56. affert factis appositaque terminatione **רִים**, e. g. **לְבָבָה** *labium*, **שְׂפָתִים** *ambo labia*. Qua ex forma status constr. formatur sicut masculinorum (§. 58.): **שְׂפָתִיִּים**.

4. Si cui nomini praeter terminationem **ה** altera quoque est **תְּ**, forma **תְּ** ut stat. constr. usurpatur, ex altera autem Pluralis formatur, v. gr. **קָרְבָּהּ**, Stat. constr. **קָרְבָּתָהּ** Plur. **קָרְבָּותָהּ**.

Annot. Nonnulla feminina in Plur. terminationem masc. **תְּ**, et nonnulla masc. formam Plur. fem. **תָּהּ** habent. De quo vide lexica.

§. 60. De adiungendis Suffixis.

1. Suffixa alia habet nomen singulare, alia nomen plurale. Suffixa Pluralis eo distinguuntur a suffixis singularis numeri, quod literam **ר** ante se habent (excepta prima persona **רְ**, ubi suff. Plur. vocali Pathach distinguitur). Praeterea levia et gravia distinguuntur suffixa. Gravia suffixa sunt, quae per se clausam efficiunt syllabam, i. e. **כְּ**, **גְּ** et **םְ**, **חְ**. Quae si cui voci adiunguntur, ultimam radicis consonantem non ad se trahunt, itaque ultima syllaba ante suffixa gravia nullam patitur vocalis commutationem.

2. Suffixorum nomini regulari affigendorum haec est lex. Suffixa Sing. cuncta atque Suffixa Plur. levia statui constructo Singularis adhaerent; Suffixa Plur. gravia ad statum constructum Pluralis apponuntur. Nominum autem femininorum ea est exceptio, quod suffixa Pluralis cuncta ad statum constr. Plur. accedunt. Omnino vero regula §. 17, 2, a. tradita suum valorem habet. De singulis v. paradigmata.

Annot. Alia est formarum segolatarum ratio, de quibus iam agendum est (v. §. 63).

§. 61. De Nominibus segolatis.

Paradigmata XII. N. III.

1. Est certa quaedam nominum triliterorum classis, quae ex radice proxime oriuntur et conspicua sunt Segol in ultima syllaba posito accentuque ad anteriorem admoto. Primitus ista nomina monosyllaba erant in duas consonantes exeuntia, velut **לִשְׁקָהּ**, **לִשְׁקָהּ**, **לִשְׁקָהּ**; at enim ad legem §. 18, 1. exhibitam assumta est vocalis auxiliaris eaque ad vocalem syllabae

anterioris iam apertae eam vim affert, ut nominum segolatorum formae nunc sint לְשָׁקֶר, לְשָׁקֵר, לְטַקֵּר, concurrente autem gutturali פְּעַל, פְּעַל, פְּעַל anteriore syllaba cum accentu enunciata. Quod si litera quiescibilis adest, formae efficiuntur, ut זְרוּתָה פְּרִיר (§. 65. 66.). Ubi consonans geminatus in radice est, vocalis auxiliaris non admittitur, sed alter alteri assimilatur et vocalis producitur, v. gr. יְמִם pro יְמִם. אֲם pro אֲמִם, קְהִלָּה pro קְהִלָּה.

2. Omittitur autem Segol auxiliare priscaeque formae punctatio unā vocali in radice positā denuo locum obtinet, ut primum ad nominis exitum additamentum aliquod accessit. Itaque adiiciendis plerisque suffixis prisca forma inservit (except. §. 63.).

Annot. Forma primitiva monosyllaba tamquam Status absolutus reperitur producta vocali aliquoties: וָרָא vallis, נְבָזָה peccatum, טְרֵד veritas, וְנִשְׁׁשָׁה vanitas.

§. 62. De Segolatarum Plurali.

Omnis formae segolatae in Plur. ś'vâ et Kamez notatae sunt, e. g. מְלֹךְ Plur. סְפִירִים Plur. סְפִירִים. In iis quibus vocalis radicalis est o, plerumque scribitur Chateph-Kamez, etiam sub literis, quae non sunt gutturales, e. g. קְדָשִׁים (קדושים).

Status autem constr. Plur. a prisca derivatur forma: קְדָשִׁי, סְפִירִי, מְלֹכִי.

§. 63. Suffixa Segolatis adiicienda.

Forma pluralis ś'vâ et Kamez notata etiam adiiciendo suff. levi Pluralis inservit, e. g. סְפִירִי libri mei. Omnia cetera suffixa priscae adiiciuntur formae, v. g. סְפִירִי liber meus, קְדָשִׁכְם sanctitas vestra, גְּדוּלָה magnitudo eius.

§. 64. De Segolatis, quae gutturales continent.

Paradigma XII. N. IV.

Si secunda aut ultima segolatae consonans gutturalis est, non Segol, sed Pathach in auxilium assumitur, et si

a vocalis radicalis est, et ipsa permanet Pathach, e. g. נִצָּח, נַעֲרָ. Ceterae formae non attinguntur.

§. 65. De Segolatis a radicibus לְהָ derivatis.

Quae nomina segolata ex radicibus לְהָ formantur, iis
ה interdum in ר mutatur, vocali auxiliari Chirek, e. g. פְּרִי
fructus, quod nomen deductum est e prisca forma פְּרִי (a פְּרָה *fertilis est*), חֵלֵי *morbus* (at etiam בְּכָה *fletus*, רֶגֶה
amicus, הַזָּה *vates*).

§. 66. De Segolatis a radicibus שְׁ וְׁ יְׁ derivatis.

Paradigma XII. N. VI.

In nominibus segolatis a radicibus שְׁ וְׁ יְׁ deductis media radicalis tamquam vera consonans est. Unde ista a consueta segolatarum ratione eatenus tantum recedunt, quatenus leges ad literas semivocales pertinentes servantur, v. g. מִירִית pro מִירָה (§. 17, 2. a.), בִּרְתָּה pro בִּרְתָּה (§. 18, 1.), שְׂוֹטֵט, flagellum, pro שְׂוֹטֵת, רוּתֵת, spiritus pro רֹוחֵת (§. 12, 2.). In Statu constr. semivocalem usque cum vocali coalescere Paradigma docet. Pluralis vel ad Statum constr. Sing. vel ad legem §. 62 prolatam efformatur, v. g. זִוִּיתִים *oleae*, a עִינּוֹתִים *zirah* et שִׁוּקִים, *tzurim*, חִרְצִים *hirci*, a שִׁבְעִים, *viae*, a שִׁוּקָם.

§. 67. De Segolatis femininis.

Paradigma XII. N. IX.

1. Terminatione fem. ה — saepe ex segolatis masculinis nomina feminina formantur, e. g. מֶלֶךְ rex *regina*. Quae feminina similiter ac vulgaria (N. II) inflectuntur; in Plur. autem, ut omnes segolatae, š'vâ et Kamez habent, v. g. מֶלֶכּות reginae, וְלִדּות puellae.

2. Terminatio fem. ה — formas efficit, quarum finis per se est forma segolata, unde in Singulari omnino ut segolatae tractatur, v. g. אַפְּרִתָּה epistola, אַפְּרִתָּם, אַפְּרִתָּם. Pluralis autem discrepat, ut paradigma docet.

§. 68. De Nominibus monosyllabis a radicibus עַ derivatis.

Nomina a radicibus עַ deducta sunt monosyllaba, (v. §. 61) v. g. יָם, עֵז, אֶם; quae quoties additamento augentur, Dagesch forte in consonante finali correpta vocali accipiunt, v. g. יְמִין, אֲמֹתָה, יְמִינָה (שָׁמָן) חֲקִירָה (חָקָר).

Annot. His addenda sunt *a.* pauca quaedam nomina, quae assimilato Nun medio monosyllaba evaserunt, velut אָנָּא *ira* pro אָנָּא, unde אָנָּא; *b.* quaedam nomina trilatera, quibus consonans finalis duplicatur, v. g. לְמַלְךָ *camelus*, לְמַלְכָּים.

§. 69. Index Substantivorum anomolorum.

1. אָבָּרְעֵר *puter*; st. constr. אָבָּרְעֵר, Plur. אָבָּותָה; cum suff. levi, cum gravi אָבָּרְקֵם, אָבָּרְקֵה, e. g. אָבָּרְקֵם, אָבָּרְקֵה.
2. אָחָרְבֵּר *frater*; st. constr. אָחָרְבֵּר, Plur. אָחָרְבֵּרִים; cum suff. levi, cum gravi אָחָרְבֵּרִי, suff. Plur. 1. pers. אָחָרְבֵּרִי, 3. pers. אָחָרְבֵּרִי.
3. אָחָרְבֵּרְתֵּר *soror*; Plur. אָחָרְבֵּרְתֵּרִים (אָחָרְבֵּרְתֵּרִים), cum suff. aut אָחָרְבֵּרְתֵּרְתֵּרִים.
4. אָרְבֵּר *vir*; Pluralem habet nominis אָנָּשָׁה (אָנָּשָׁה *homo*) אָנָּשִׁים, st. constr. אָנָּשֵׁר, ad quem suff. Plur. adiiciuntur.
5. אָמָּה *ancilla*; in Plurali הָ retains: אָמָּהָותָה, stat. constr. אָמָּהָותָה.
6. אָשָׁה *mulier*; st. constr. אָשָׁה, cum suff. velut segolata אָשָׁה aut אָשָׁה, Plur. (forma abbreviata ex אָנָּשִׁים).
7. בָּתְּהֵר *domus*; st. constr. בָּתְּהֵר, Plur. בָּתְּהֵרִים (*bāttim*).
8. בָּנְהֵר *filius*; st. constr. בָּנְהֵר vel בָּנְהֵר, cum Makkeph coniunctus; Plur. בָּנְהֵרִים, st. constr. בָּנְהֵרִים, *filius meus* בָּנְהֵר, *filius tuus* בָּנְהֵר etc., Plur. cum suff. levi בָּנְהֵרִים, cum gravi בָּנְהֵרִים.
9. בָּתְּהֵר *filia*; Plur. בָּנְהֵרִותָה, st. constr. בָּנְהֵרִותָה, cum suff. בָּתְּהֵרִים, suff. Plur. בָּנְהֵרִים, בָּנְהֵרִים.
10. בָּתְּהֵר *socrus*, et חָמָתָה *socrus*, ut 2. et 3.
11. בָּנְהֵר *dies*, Plur. בָּנְהֵרִים, st. constr. בָּנְהֵרִים.
12. בָּנְהֵר *vas* (*vasis*), Plur. בָּנְהֵרִים.
13. מִימֵר *aqua* (Plur.), st. constr. מִימֵר et מִימֵר.
14. שָׁרֵר *urbs*; Plur. שָׁרֵרִים, st. constr. שָׁרֵרִים.

15. פֶּה os (*oris*), stat. constr. פֵּר, cum suff. פִּי os *meum*, פִּיר os *tuum*.

16. ראש caput; Plur. ראשים.

§. 70. De formis participialibus.

Paradigma XII. N. VII et VIII.

1. Participia item vera nomina sunt ac saepe usu loquendi in substantivorum naturam abierunt.

2. Participia Kal, Piël, Hithpaël in statu constr. Sing. per exceptionem immutata manent, accendentibus autem additamentis Zere ultimae syllabae varie mutatur, e. g. שָׁמֵר custos, שָׁמַרְתִּי *custos meus*; אֲנָבָּכְםָ hostis *vester*.

3. Participia Verborum לְהָ ante additamenta apocopantur (i. e. ה — abiicitur), e. g. רָאָה vates, Plur. רָאִים aspectus, c. suff. מְרָאָהוּ. In statu constr. Segol in Zere producitur: רָאָה מְרֹמָה, vates fraudis, i. e. vates fallax.

4. Participia Verborum עַיִל et עַיִלִי in statu constr. Kaméz aut Zere retinent, v. g. קָם מִתְּהִלָּה. Idem faciunt eorum feminina, v. g. קָמָה, stat. constr. קִמְתָּה.

Annot. Ad exemplar Participiorum in Zere exeuntium declinantur etiam nomina monosyllaba Zere instructa, velut נֶשֶׁךְ nomen, נֶצֶחֶת, נֶמֶךְ.

§. 71. De Numeralibus.

1. Numeri cardinales substantiva sunt eaque anomala, excepto אַחֲרָה, quod adiectivi naturam habet.

Cur masculina numeralium 3—10 femininae formae sint et feminina masculinae, non liquet.

	Masculinum.		Femininum.	
	Stat. absol.	Stat. constr.	Stat. absol.	Stat. constr.
1	אָ	אָחָד	אָחָת	אָחָת
2	בָּ	שְׁנָיוּם	שְׁנִי	שְׁנִי
3	גָּ	שְׁלָשָׁה	שְׁלָשָׁת	שְׁלָשָׁת
4	דָּ	אַרְבָּעָה	אַרְבָּעָת	אַרְבָּעָת

Masculinum.		Femininum.	
Stat. absol.	Stat. constr.	Stat. absol.	Stat. constr.
5 חַמְשָׁה	חַמְשָׁה	חַמְשָׁה	חַמְשָׁה
6 שֶׁבַע	שֶׁבַע	שֶׁבַע	שֶׁבַע
7 שְׁבַעַת	שְׁבַעַת	שְׁבַעַת	שְׁבַעַת
8 שְׁמִנֵּה	שְׁמִנֵּה	שְׁמִנֵּה	שְׁמִנֵּה
9 תְּשִׁבְעָה	תְּשִׁבְעָה	תְּשִׁבְעָה	תְּשִׁבְעָה
10 עֲשֶׂרֶת	עֲשֶׂרֶת	עֲשֶׂרֶת	עֲשֶׂרֶת
Masculinum.		Femininum.	
11 אַחֲרֵי	{ אַחֲרֵי	עַשְׂרָה	{ אַחֲתָה
	עַשְׂרֵי		עַשְׂרֵי
12 עַשְׂרֵי	{ עַשְׂרֵי	עַשְׂרָה	{ שְׁבִירָה
	שְׁבִירִים		שְׁבִירִים

Numeri a 13 usque ad 19 sic exprimuntur, ut monades velut verba separata ante עַשְׂרָה (fem. עַשְׂרָה) ponantur; et in masc. monades statu sint abs., in fem. statu constr., e. g.

- 13 שְׁלֹשָׁה עַשְׂרָה יג
- 14 אַרְבָּעָה עַשְׂרָה יד
- 15 חַמְשָׁה עַשְׂרָה etc.

Viginti significantur Plurali nomine עַשְׂרִים כ. Numeri a 30 usque ad 90 Plurales monadum sunt:

- | | | | |
|------------------------|---------------------|---------------|---------------|
| תְּשִׁבְעִים עַשְׂרִים | שְׁבָעִים עַשְׂרִים | 70 | 90 |
| 30 | 50 | שְׁבָעִים ל' | שְׁבָעִים ל' |
| 40 | 60 | שְׁמִנִּים פ' | שְׁמִנִּים פ' |

Omnis haec decades unam tantum formam sine fem. et sine stat. constr. Cum ipsis monades ut verba separata coniunguntur et modo anteponuntur, modo (imprimis in libris recentioribus) postponuntur. Monades et decades ope Vav copulativi, quod et significat, coniunguntur: עַה חַמְשָׁה וְשְׁבָעִים עַה septuaginta quinque.

Centum: מֵאָה ק, constr. *מֵאָה* (subst. gen. fem.). *Ducenti: מֵאָהִים ר* (Dualis). Ceteri centeni *מֵאָות* ad monades in stat. constr. fem. positas adiiciunt, e. g. שְׁלֹשִׁים מֵאוֹת שׁ.

Mille: אלף ב, subst. gen. masc. *Duo milia: אלףים ב* (Dualis). Cetera milia ad monades in st. constr. masc.

positas אַלְפִים adiiciunt, e. g. ארבעה אלףים ^ר *quatuor milia.*
Decem milia interdum exprimuntur per רְבָה (רְבָה, רבנו) i. e. *multitudines.* Viginti milia: רְבָתִים ^כ (Dualis).

2. Numeri ordinales a secundo usque ad decimum ex cardinalibus formantur, apposito י. Qua in re nisi cardinalis vocalem *i* iam habet, praeter *i* finale alterum י in ultima ponitur syllaba, excepto שְׁנִי, quod unum tantum habet *i*. Unde formae:

שְׁנִי	secundus	חֲמִישִׁי	(חֵמִישִׁי), quintus	שְׁמִינִי	octavus
שְׁתִּיעַשְׁרִי	tertius	שְׁשִׁבְעִי	sexus	תְּשִׁשְׁרִי	nonus
רְבִיעִי	quartus	שְׁבִעָעִי	septimus	עֲשִׂירִי	decimus.

Primus est רְאַשׁוֹן (a רְאַשׁ initium), fem. רְאַשׁוֹנָה. Ad formandum fem. ordinalium ה adiungitur, e. g. שְׁשִׁית sexta. Numeri denario maiores propriam ordinalium formam non habent, verum iis cardinales pro ordinalibus sunt.

Annot. Mensium dies et annorum numeri semper, etiam ab 1 usque ad 10, cardinalibus significantur, e. g. שְׁנִינָה ^ב tertio anno.

3. Numeri distributivi duplicatis cardinalibus exprimuntur, e. g. שְׁנִינִים ^ב bini.

4. Adverbia numeralia interdum femininis cardinalium significantur: אַחַת semel, שְׁבִיאם ^ב bis, שְׁלֹשֶׁת ter, interdum masculinis: שְׁבָעִים וּשְׁבָעָה septuages septies. Saepius autem subst. gen. fem. (passus, ictus) adiungitur; *bis* tunc Duali exprimitur: פָּעָם, ter autem: שְׁלֹשֶׁת פָּעָם etc. Iterationi exprimendae inserviunt formae femininae cardinalium: שְׁנִית secundo. Adverbia multiplicativa Duali cardinalium exprimuntur, e. g. ארבעים quadruplum, שְׁבָעִים septempliciter.

5. Numeri fracti feminino ordinalium exprimuntur, e. g. שְׁשִׁית pars sexta.

6. Numeris suffixa quoque adiiciuntur, e. g. שְׁנִירָם ^ב ii duo, ambo, שְׁלֹשִׁירָם ^ב vos tres.

D. De Particulis.

§. 72. De Adverbiis.

1. Nonnulla adverbia suffixis augmentur, quo facto vim Verbi substantivi includunt. Additur suff. Verbi et quidem plerumque cum Nun epenthetico. Huc pertinent:

אַרְנָן (אֲרָנָן) *non*, e. g. אֶרְגֵּבֶר *ego non sum.*

רִישׁ *praesto*, e. g. רִשְׁנָנוּ *ipse adest.*

עַד *adhuc*, e. g. עַדְךָפֶּר *ille adhuc superest.*

הַנּוֹן *et hic* (proprie *ecce*), e. g. הַנּוֹנִי *hic sum, adsum,* *ecce me,* הַכֹּו *ecce adest.*

אֵי *ubi*, e. g. אֵי *ubi est?* אֵיכָה *ubi es?* אֵין *ubi sunt?*

2. Particula interrogativa plerumque הַ est, quod cum prima interrogationis voce velut praefixum coniungitur, ex. g. בְּעֵבֶר הַשְׁמָמָת לְבָהּ *advertistine animum ad servum meum Job?* unde ante consonantes s'vâ mobili instructas in הַ mutatur, v. g. הַאֲנִי *egone?* הַמְעֻצָּם *audistisne?* Saepe ad easdem Dagesch forte copulativum additur, v. g. הַכְּתָנָת *benek haia,* *an haec vestis filii tui est?* Ante gutturales vel Pathach est, v. g. הַאֲרָא *num timeam?* vel, si Kamez ornatae sunt, Segol, v. g. הַחֲכָם *esne sapiens?*

§. 73. De Praepositionibus.

Nonnullae praepositiones iam non separata sunt vocabula, sed formae mutilae, quae ut praefixa anteponuntur iis vocibus, ad quas pertinent. In eorum numero praesertim enumerantur בְּ *in*, כְּ *sicut*, בְּ *ad*, de quorum usu supra dictum est (§. 53.); porro מְןָן, quod cum sua voce plerumque copulatur (§. 16 et 11, 2.)

Annot. Vocabulum יְהִינָּה a Iudeis non pronunciatur, sed eius loco בְּרִיְתָה legunt. Quare ante יְהִינָּה praepositiones praefixa illa vocali notantur, quam forma אֲרֹויִת requirit: בְּיְהִינָּה.

§. 74. De Praepositionum Suffixis. (Casus pronominum personalium.)

1. Quum praepositionum formae re vera sint nomina, suffixis quoque augeri possunt, iisque nominis, e. g. תְּחִתָּה (sub vel loco, pro) cum suffixo תְּחִתָּר pro me. Praepositio אֶת (apud, cum) in addendis suffixis a nota Accusativi אֶת distinguitur eo, quod praepositio in תְּאֵן (pro אֶת), nota Acc. in תְּאֵן (את) commutatur, e. g. אֶתְּרִי apud me, אֶתְּרִי me.

2. Hic praesertim memorabiles sunt praepositiones in superiore paragrapho enumeratae, quae quando cum pronominibus suffixis coniunguntur, tum ad priorem suam formam recedunt, tum legi §. 18, 3. relatae subiacent.

	לְ mihi	אֶלְךָ me	בַּיִן in me
m.	לְךָ (in pausa לְךָ)	אֶלְךָ } te	בַּךְ etc.
f.	לְךָ } tibi	אֶלְךָ } אֶלְךָ	בַּךְ
m.	לְךָ ei	אֶלְךָ eum	בַּךְ
f.	לְךָ ei f.	אֶלְךָ eam	בַּךְ
	לְנוּ nobis	אֶלְךָ nos	בַּנוּ
	לְכֶם־ vobis	אֶלְךָ vos	בַּכֶּם־
	לְכֶם־ iis	אֶלְךָ eos	בַּכֶּם־ (בְּחֶסֶד)
	מִמֶּנִּי a me	בְּמִמְּנִי ut ego	
	מִמֶּנֶךָ } a te	בְּמִמְּנֶךָ ut tu	
	מִמֶּנֶךָ } ab eo	בְּמִמְּנֶךָ ut is	
	מִמֶּנֶךָ ab ea	בְּמִמְּנֶךָ ut ea	
	מִמֶּנֶךָ ab ea	בְּמִמְּנֶךָ ut nos	
	מִמֶּנֶךָ a nobis	בְּמִמְּנֶךָ } ut vos	
	מִמֶּנֶךָ a vobis	בְּמִמְּנֶךָ }	
	מִמֶּנֶךָ ab iis	בְּמִמְּנֶךָ } ut illi	
	מִמֶּנֶךָ }	בְּמִמְּנֶךָ }	

Praeter illas formas poëtae utuntur hisce: לְמוֹן iis, et מִנְהָר et מִפְּהָר a me, מִנְהָר et ab eo.

Annot. In poësi etiam formae בְּמוֹן, בְּמוֹן et pro בְּ, בְּ, בְּ sine suffixis velut voces separatae apparent.

3. Nonnullae praepositiones forma plurali sunt, quare etiam suffixa Pluralis accipiunt. Aliae modo tamquam nomina singularia, modo tamquam pluralia apparent. Tales sunt:

אחר post, cum suff. **אחריך post te**.

אל ad, in „ „ **אליך ad te**.

בין inter „ „ **ביןיכם inter vos**.

ביןותם **between** etiam in forma Plur. **between** apparent, e. g. **בין בין**.

Interdum, et praecipue in libris poeticis, etiam praepositiones **מן** **עד usque ad**, **על super** et **מתחת subter** plurales apparent: **מי** **עדי**, **עליהם** **super eos** (etiam **מיהר a te**, **ענוי usque ad me**, **עליהם super eos**) et **חדריו sub eo** aut *eius loco*.

§. 75. De Coniunctionibus.

1. Coniunctio maxime usitata est **Vav copulativum** quod dicitur. Ad voces enim pariter atque ad enunciationes quoquo modo connectendas adhibetur **Vav** **שׁ'vâ** mobili ornatum, quod pro copulandi genere varias significaciones exprimit. Quod ad eius punctuationem attinet, variae leges supra allatae servandae sunt; ad quas hic apponitur, ante **שׁ'vâ** mobile et labiales consonantes scriendum esse. Sic igitur formae existunt **וְיַהִי pro** **וְיַהִי**, **וְתִהְיָה**, **וְעַמְדָה**, **וְלֹא**, **וּגְםַם**, **טוֹב** **זָרָע**, **וּבָאָרֶץ**.

2. Ceterae coniunctiones in lexicis reperiuntur. Unum monetur, addita particula relativa **אֲשֶׁר** praepositiones permultas in coniunctiones converti, v. g. **פָּאֲשֶׁר quemadmodum**, **עד אֲשֶׁר postquam**, **donec** cet.

§. 76. De Interiectionibus.

Praeter proprias interiectiones **הָוֵי**, **אֲהֵה**, **אֲהֵה**, diversae aliae orationis partes eo, quod vivaciter pronunciantur, interiectiones fiunt, e. g. **הִנֵּה ecce!**, **הַבָּה age, agite!** (Imp. a **יְהִי**) et **לְכָה** (item Imp. a **יְלַכֵּד ire**) etc. Particulae obsecrationis sunt **בַּר quæsio**.

Caput tertium.

De Syntaxi.

A. De Syntaxi Nominum.

§. 77. De Articulo.

1. Hebraei articulum saepe omittunt, ubi linguis nostris eo uti necesse est. Nunquam apponitur articulus ad nomen cum suffixo aut cum Genitivo (i. e. in statu constructo) coniunctum, v. g. בְּנֵי הָאָבָרֹן, בְּנֵי הַמֶּלֶךְ, oī uīol τοῦ πένητος.

2. Articulus ante Genitivum positus pertinet ad nomen regens, aut potius ad totam sententiam, quae composita exprimitur, e. g. בִּירַת הַמֶּלֶךְ הַיְהוּדָה arx regis, בִּירַת מֶלֶךְ regia (quae-dam) domus.

3. Ubi substantivum cum articulo scriptum est, ibi etiam adiectivum et pronomen demonstrativum, quod substantivo adiunctum est, articulum adsciscit, e. g. הַשְׁכָּחָה הַרְעָה, consilium pravum, הַגָּדוֹל הַהָּגָדוֹר magnus iste populus.

4. Pariter omnia epitheta articulum assumunt, ubi substantivum idcirco tantum sine articulo scriptum est, quia aut suffixum aut Genitivum secum habet (conf. N. 1.) בִּירַת הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל magna arx regis.

5. Nomina propria articulo carent, exceptis iis, quae proprie appellativa sunt, quaeque articulo solo ut nomina propria innotescunt, e. g. הַלְּבָנָן mons Libanon (albus), הַרְמָה urbs Rama (locus editus).

6. Articulus interdum vim demonstrativam habet praecipue: הַאֲשֶׁר is, qui, hoc vice, הַיּוֹם (hoc die) hodie.

7. Vocativus plerumque articulo fit, e. g. הַקָּנָעָה o rex! הַכְּפָרָה o summe sacerdos!

8. Articulus Hebraicus ibi quoque ponitur, ubi non personae aut rei, sed generis singularitas designanda est, e. g. כָּבֵד בְּמִקְנָה בְּכַסְתָּה וּבְזַהַב כְּפַלְלָג רְכֻבָּה alba fiant ut nix, dives pecore, argento et auro.

SAMUEL

I Reg. III

1. Y el niño Samuel servidor del Señor en el centro de Heli y palabra del Señor fue rara en aquellos no había revelación propagada.

2. Y sucedió en el día el aquél y Heli se en

sitio de él y ojos de él empezaron a debilitarse al día ver.

3. Y lámpara de Dios todavía no extinguida acostándose en el templo de Señor que en donde se halló. Señor. Dios.

4. Y dió voces el Señor a Samuel y dijo

5. Y corrió a Heli y dijo he aquí yo por tu voz a mí y dijo no sé dí voces vuélvese y se fue y se acostó.

6. Y añadió el Señor dar vedes otra vez Samuel se levantó y se fué a Heli y dijo he aquí yo por tu voz a mí y dijo no dí voces hijo mío vuélvete.

7. Y Samuel no conoció te al Señor y toda revelada a él palabra del Señor.

8. Y añadió el Señor llamar Samuel tercero se levantó y fue a Heli y dijo he aquí yo por tu voz y entendió Heli que el Señor iba a ces al niño.

9. Y dijo Heli a Samuel vete acuéstate y llamará a tí y dirás habla Señor porque escuché de tí y se fué Samuel y se acostó en sitio.

10. Y vino el Señor y se paró y dió voces a Samuel Samuel y dijo Samuel habla porque

11. Y dijo el Señor a Samuel he aquí yo he hablado en Israel que todo oyente de ella retendrá de él.

12. En el día el aquél le vantaré para Heli que hablé para casa de él comenzó y acabó.

13. Y haré indicar a él porque juez yo de hasta siempre en la iniquidad que conoció que les a ellos en los hijos de él y no reprendió

14. Y por tanto juré a casa de Heli Si se

16. Y dió voces a Heli a Samuel y dijo Samue
jo mío y dijo he aquí yo.

17. Y dijo qué la palabra que habló ~~me~~ ~~me~~ a
por favor ocultarás ~~desde mí~~ así hará a tía Dios y
añadirá si ocultarás de ~~mí~~ palabra de toda palab
que dijo a tí.

18. E indicó a él todas las palabras y ~~no~~ oyu
de él y dijo el Señor él lo bueno en los ojos de é

19. Y creció Samuel y el Señor estaba con él
y no cayó de todas las palabras de él a tierra.

20. Y conoció todo IsraeL desde Dan y Beersa
que fiel Samuel para profeta para el Señor.

21. Y siguió el Señor en ser visto en Silo po
se manifestó el Señor a Samuel en Silo. en palabra
Señor.

Syntaxis nominum.

9. Ubi linguae recentiores articulo indefinito utu Hebraei articulum simpliciter omittunt. Interdum a loco indefiniti nostri articuli nomen numerale אֶחָד (adhibent, v. g. רְהִפָּה נְבִירָא אֶחָד נְגַשׁ אֶחָד אֶחָב, et ecce, pheta accessit ad Ach'ab.

§. 78. De Genere.

In lingua Hebraica femininum simul pro neutro manorum notionibus abstractis et generalibus inservit אֲרִן in eo nil recti est (fem. adiectivi נְכֹוֹת). Ps. XXI אַחֲרָה שְׁאַלְתֵּי unam (unum) petii.

§. 79. De Numero.

1. Singularis saepe ponitur ad significandam singul universitatem, velut בָּקָר boves (armenta), צָאן pecora, נָמֵן nemus, קָסֶף argentum, pecunia, חַטָּה triticum. Quae colle ubi in Plurali reperiuntur, aliam habent significationem חַטָּה grana tritici, קָסֶפִים numi argentei. Singularis non gentilium cum articulo coniunctus saepissime vim plu habet, v. g. הָרָבִישִׁי Jebusitae.

2. Pluralis ab Hebraeis interdum venerationis adhibetur, ubi de una tantum persona sermo est. Hoc d genus Pluralis maiestaticus a grammaticis appellatur. Huc pertinent vocabula:

Deus, Pluralis vocis אֱלֹהִים. Sic regulariter Deus nominatur, raro dii gentium.

אדָנִי (obsoleta Pluralis forma) et אֲדָנִים domini constr. אֲדָנִי, Singularis אָדָן. Deus semper signata forma אָדָן, si vero tantum ad hominem potentem dirigitur, forma est אֲדָנִי domini mei (pro אֲדָנִי mi de-

Annot. Judaei quum proprium Dei nomen, ut Mosi era latum, pronunciare non solerent, sed in Bibliis pro eo Adonai le punctatores etiam consonantibus יְהֹוָה vocales vocis אָדָן sub runt. S'vâ autem simplex scriptum est, quia Jod non est littera turalis. Sin vero cum יְהֹוָה אָדָן iam coniunctum est, Iudei

Elohim pronunciant, atque vocales vocis יְהוָה sub אֱלֹהִים sunt positae, e. g. בְּהָאָמַר יְהוָה (lege: *cō' amár 'donáj 'lohím*). Propria nominis Dei punctatio, nunc quidem ex usu amissa, esse videtur *Tibhîth Jahve* (Fut. a. תִּהְיֶה, quae forma apud Aramaeos usitata, apud Hebraeos rara est pro תִּהְיֶה esse), qui erit aut est i. e. *aeternus*.

שָׁמֵן omnipotens, vetustus Pluralis vocis שָׁמֵן.

קדושם sanctissimus, Pluralis vocis קָדוֹשׁ.

בעל dominus, si suffixa recipit, plerumque in Plurali ponitur cum vi Singularis, e. g. בְּצַלְמֵי, *illius* (m.) *dominus*, בְּצַלְמָה *illius* (f.) *dominus*. Tamen Pluralis huius vocis haud raro vim suam habet, v. g. בְּצֻלְמֵי גּוֹיִם *domini gentium*.

3. Pluralis cum Singularis significatione interdum etiam ponitur ad notionem cum emphasi urgendam, e. g. נִקְמֹת (plena) *ultio*.

4. Praeterea multa sunt nomina, quae in Plurali tantum adhibentur. Eorum quidem aliquot propterea pluralia tantum occurunt, quia vis abstracta Hebraeis Plurali exprimitur, v. g. חַיִם *vita*, זָקֵנִים *senectus*, רַחֲמִים *misericordia* cet. Aliorum nominum pluralium alia ratio est, v. gr. צְנוּאָרִים *cervix* (quia plures musculi sunt), פְּנִירִים *facies* Plur. vocis פְּנַחַת *gena*, מְזֹדֹת *momenta*, לְזִלְלִים *cochlea*, מְתֹהָרִים *viri*, פְּנִירִים *libum*.

5. Ubi vox ex substantivo et Genitivo composita in Plurali est ponenda, plerumque status constructus solus fit pluralis, v. g. גְּבוּרֵי תִּילְלָה *heroes roboris*, robusti heroes; interdum ambae voces simul in Plurali ponuntur, v. g. גְּבוּרֵי חִינְלִים *familiae*, raro autem solus genitivus, v. g. בֵּית אֲבֹות *familiae*.

§. 80. De Casibus.

a. De Nominativo.

Ab Hebraeis nomen interdum in exordio enunciationis ponitur, quin etiam Vav copulativo cum ceteris coniungitur, quo magis animi intentionem moveat vividamque orationem efficiat. Tale nomen dicitur in Nominativo *absoluto*

pósitum esse. Quae sit eius ad enunciationem relatio, pronominibus indicatur, e. g. לֵישׁ גָּבֹר הָוּא בְּבִמְהָא leo potens est inter animalia, וַיְהִי בְּשָׁמַיִם כָּסָאוּ domini thronus in coelo est; hic illic ॑ Nominativum absolutum cum reliquis coniungit; v. g. חָקָר בְּנָיו וְלֹא חָקָר בְּנָם annis eius numerus non est.

b. De Genitivo.

Si fas est usum status constructi Genitivum vocare, Hebraei Genitivo saepe utuntur, ubi nostates eum non adhibent; quod quidem evenit

1. ubi nobis apposito est, e. g. נֶהָר פְּרָת Euphrates flumen, בְּתוּלָת בְּתִ-יְהוָה Chuzzoth urbs, קְרִינָה חֲזֹות virgo, filia Iuda;

2. ubi Genitivus alterius notionis obiectum indicat et varie vertitur, e. g. וַיַּרְאֶת וְחִנָּה timor Dei, via in Aegyptum, קָרְפָּת אַרְמָת מֶלֶךְ metus regis (Gen. obj.). Sic חַמֵּס בְּנֵי וְחִנָּה iniuria Iudeorum aut iniuriam a Iudeis illatam aut in Iudeos perpetratam poterit significare.

3. ubi adiectivi notio apposito nomine definitur, v. g. רִפָּה מְرָאָה purus manibus, נְקִי בְּפִים pulcher aspectu;

4. ubi pro adiectivo apponendo nomen qualitatis ponitur, v. g. כְּלֵי כְּסָפִים וּכְלֵי זָהָב sceptrum iustum (iustitiae), שְׁבָט מִישָׁר vasa argentea et aurea, אַדְיוֹרִים phiala magnifica, כְּלֵי נְחַשָּׁת תְּבַת עַצְרָם lignea arca;

5. praeterea status constructus usurpatur ante prae-positiones, imprimis ante בְּ, utpote quae antea nomina fuere, e. g. וּשְׁבָרִי בְּאָרֶץ צְלָמֹות incolae in terra umbrae mortis, שְׁמָחוֹת בְּקָצֵר gaudium in messe.

6. interdum ante אֲשֶׁר, e. g. מִקּוּם אֲשֶׁר וְשַׁחַט locus, quo mactatur.

7. raro ante Vav copulativum, e. g. sapien-tia et doctrina.

8. in compositione nominum numeralium, qua de re supra §. 71 necessaria dicta sunt.

c. De aliis formis, quae Genitivi rationem habent.

Praeter usum status constructi Hebraei etiam duobus aliis modis Genitivum exprimunt:

1. הַרְאִים אֲשֶׁר לְ (relativum cum Dativo), e. g. הַשָּׂאָרָל pastores Sauli (*qui Saulo sunt*); sic plerumque Genitivus possessivus significatur;

2. לְ solum, intelligentes, v. g. בֶן לֵיִשְׁיָה filius Isai. Quod praecipue adhibetur, ubi Genitivus a Genitivo pendet, v. g. דְבָרִי יְמִינֵם לְמִלְכֵי יִשְׂרָאֵל verba annorum (*historiae*) regum Israel. Etiam si tempora numeris indicantur, haec Genitivi forma plerumque reperitur, e. g. לְחֶדֶשְׁ בְּשֶׁבַע וְעַשְׂרֵה יוֹם die 27. mensis. Saepe eadem ratione accipitur Lamed quod dicitur auctoris, v. g. מִזְמָרֵר לְדוֹיד psalmus Davidis; at enim ibi passiva constructio est, et לְ instar praepositionis latinae ab adhibetur intellecto קְרוּב (*psalmus scriptus a David*).

d. De Dativo.

1. Hebraei utuntur Dativo cum Verbo passivo ad significandum subiectum Activi, e. g. בְּרוּךְ לִיהְנָה, benedictione affectus a Domino; Par. Sal. XIV, 20 גָּמֵן לְתִיעַחַד וְשָׁפֵא רְשָׁעָה etiam socio suo pauper odiosus est.

2. Quae Verba in lingua Latina duplēm sive Accusativum, sive Nominativum expostulant, eorum notioni ab Hebreis pro Accusativo sive Nominativo praedicati, ut aiunt, Dativus (omisso articulo) apponitur, v. g. Job. XVII, 12 לְלִילָה לְיֻמָם noctem fecerunt diem, 2. Sam. V, 3 וְיִמְשְׁחוּ אֶת־קָדוֹד לְמַלְךָ David unixerunt regem, 1. Sam. IV, 9 חָרָה לְאַנְשִׁים estote viri.

e. De Accusativo.

1. Accusativus, praeterquam quod obiectum indicat, saepius adverbii locum obtinet et tempus, mensuram, locum, viam, rationem indicat, e. g. נָצָא הַשְׁׂנִיר abeamus in campum, hoc hodie; אָחָד כְּפָה uno ore, constanter.

2. Nomina, quae ex Verbis transitivis sunt orta, pro

Genitivo libenter Accusativum recipiunt, quasi etiam nunc Particidia aut Infinitivi sint, e. g. **רָאָתְּ וְהַנֶּה** *timens Deum, cognitio Dei.*

3. Accusativus cum **אָתְּ** ponitur nonnunquam pro Nominativo in enunciatione passiva, e. g. **לֹא יִקְרָא עַד אֲתִי-שָׁמָּה** *nomen tuum non iam pronuntiandum est.*

§. 81. De Appositione.

Appositio, i. e. colligatio duorum nominum in statu absoluto, in lingua Hebraica non solum ibi invenitur, ubi aliae quoque linguae ea utuntur, sed etiam interdum, ubi Genitivum expectamus, e. g. **כְּפָרִים כָּסָף** *duo talenta argenti, diluvium aquae.*

§. 82. De Repetitione nominum.

Nomen nulla alia voce intercedente bis vel ter positum significat:

1. multitudinem, e. g. **בָּאָרוֹת** *puteus iuxta puteum;*
2. universitatem, e. g. **יּוֹם אַרְשֵׁי** *viritim, דור נֶדוּר* *omnes generationes;*
3. distributionem, e. g. **בְּבָקָר בְּבָקָר** *una luce post aliam;*
4. varietatem, e. g. **לֹא וְהִיחָה לְהָ אָבָן וְאָבָן** *ne diversa libramenta habeas; לְבָב וְלְבָב* *cor et cor,* i. e. *ambiguum ingenium.*

§. 83. Syntaxis Adiectivorum.

A. De Comparativo.

Comparativus in sermone Hebraico non peculiari forma, sed ita exprimitur, ut post adiectivum in positivo positum particula **מִן** ut praefixum (-מִ) ante nomen, quo cum comparatio intercedit, ponatur, e. g. **חִכְּבָב מִטְּלָךְ** *sapientior quam rex (sapiens prae rege), מִדְבָּשׁ מִחוֹזָק* *suavius quam mel.* Quae quidem constructio insuper nimietatem designat, ideoque etiam post Verba, quae qualitatem indicant, adhibetur, e. g. **הַכְּבָר אֲשֶׁר יִקְשְׁהָ** *res, quae vobis erit nimis difficilis;*

praesertim ante Infinitivos בָּן comparativum ponitur, e. g. נֶדֶל עֲוֵן מִינְשָׁא culpa mea maior est, quam ut tolli possit.

B. De Superlativo.

Quum propria forma non adsit, superlativum quoque Hebraeis circuitu verborum exprimi necesse fuit. Eius igitur partes explet vel articulus ante adiectivum positus, e. g. נֶדֶל הַיָּא הַקָּטָן David erat minimus, vel adiuncta particula מאדר valde, nonnunquam etiam geminata, e. g. Num. XIV, 7 טֹבָה הָאָרֶץ מְאָדר מְאָדר terra est optima.

C. De adiectivorum cum substantivis Coniunctione.

1. Adiectivum postponitur substantivo, cuius epitheton est, et genere numero articulo cum ipso concordat.
2. Pluralis, qui dicitur maiestaticus, adiectivum plerumque in Singulari positum adsciscit, v. g. אֲדָנִים קָשָׁה dominus crudelis.

3. Collectivis adiectiva et participia in Plurali posita accedunt, e. g. הַעַם הַחֹלְכִים בְּחֶשֶׁךְ populus ambulans in tenebris.

4. Dualis construitur cum adiectivis et participiis pluralibus, יְדֹוּם רְפֻוָת manus lassae.

5. Adiectivum, quando praedicatum est, sine articulo praeponitur substantivo, et copula plerumque omittitur, e. g. נֶדֶל הַאלֹהִים magnus est Deus, זֶה אֶלְקֹנִיךְ hic est Deus tuus; at dicitur etiam בְּנֵי נִינְ�ה magna erat Ninive.

§. 84. Syntaxis Nominum numeralium.

1. Numeri cardinales a duobus usque ad decem modo substantive, modo adverbialiter adhibentur. Unde fit, ut cum re numerata triplici modo coniungantur: 1. in statu constructo ante substantivum positi; 2. in statu absoluto illi antecedentes; 3. in statu absoluto substantivo postpositi, id quod in libris recentioribus magis usitatum est, v. g. שְׁלֹשָׁת יְמִים sive שלשה ימים sive three days.

2. Monades ordinarie substantivum plurale efficiunt, v. g. שְׁבַע decades, si septem vaccae, בְּנֵות שְׁלֹשָׁה tres filiae;

praeponuntur, plerumque singulare, si postponuntur, plurale nomen adsciscunt, v. g. **הַשְׁעִים אֲפָתָה nonaginta cubita, אַיִלִים עֲשָׂרִים viginti arietes.** Eadem ratio intercedit in numeris ex monadibus et decadibus compositis, v. g. **אַפְתּוֹת חֶמֶשׁ שְׁנִיר quindecim cubiti, מֵאוֹת שְׁנִיר מֵאוֹת שְׁנִיר anni sexcenti et unus.** Nonnunquam res ipsa compositis his numeris bis additur, et quidem monadi pluraliter et decadi singulariter, e. g. **חֶמֶשׁ שְׁנִיר וּשְׁנִיר שְׁנִיר anni sexaginta quinque.**

2. Ordinalia omnino syntaxim adiectivorum sequuntur (§. 83.), v. g. **הַיּוֹם הַשְׁנִיר, dies secunda, פְּנִיר דָנִיאֵל Daniel erat secundus.**

§. 85. Syntaxis Pronominum.

A. De Pronomine personali.

1. Pronomen separatum saepe Verbum substantivum complectitur vel simpliciter exprimit, v. g. **הִכְמָם גַם הִיא ipse quoque sapiens est, מְרֻגְלִים אֲקָמִים, exploratores estis.** Pronomen separatum tertiae personae etiam copulam inter Subiectum et inter Praedicatum efficit, v. gr. **זה מְפַתֵּח אֱלֹהִים הָרָא, hoc est donum Dei, מִיהָה הַפּוֹתָה אֶלָּה, quid sunt isti, בְּסִדְרוֹתָהּ רְוִיתָהּ haec quoque est animi molestia.** Quid quod idem valet, ubi Subiectum prima persona est aut secunda, v. g. **רְאֵר צְפָה בְּרֵי אַנְרִי הִיא וְהִנֵּה tu es Dominus, videte memetipsum.**

2. Post suffixum interdum pronomen eiusdem personae separatum reperitur, sive **גַם** additur sive non additur, v. gr. **בָּרְכֵנִי גַם אַנְרִי, notum te feci, נְפִשְׁוֹ הִיא, benedic mihi quoque, לְבִרְיָה גַם אַנְרִי ipsius, anima meum cor, וְתַהֲרֵ עַלְיוֹן בְּסִדְרוֹתָהּ רְוִיתָהּ vobis, ipsum spiritus Dei invasit.**

3. Suffixum Verbi Accusativum designare consuevit, Verbis autem intransitivis quaeque dandi vim significant, tamquam Dativus est, v. g. **גָּדוֹלֵר קָאָב crevit mihi tamquam patri, אָרֶץ הַגְּנָבָה בְּחַקְנִי terram australem donasti mihi.**

4. Ubi Verbo duplicem pronominis Accusativum accedere oportet, alter est suffixum, alter pronomen separatum cum אֶת coniunctum, e. g. הָר֣אַנְיָ אֲתָּוֹ fecit me eum videre (*ostendit eum mihi*).

5. Suffixum nominis Genitivus obiectivus qui dicitur esse potest, e. g. וְרִאַתָּהּ vel est *metus eius*, vel etiam *metus ab eo*, חַמְסֵר, *iniuria in me*.

6. Quando vox ex nomine et Genitivo composita suffixum adsciscit, suffixum ad Genitivum apponitur, e. g. הַר קָדְשֵׁי מָלֹכֶתְּךָ *arma eius*, *mons sanctus meus*.

B. De Demonstratiyo.

1. Pronomen זֶה aliquando vim relativam habet (praeципue in libris poëticis), e. g. הַר צִיוֹן זֶה שְׁכִינַת בּוֹ, *mons Sion, in quo habitat, hoc est locum tuum*, שְׁמַע לְאַתָּה זֶה וְלֹדַתְךָ, *obedi matri tuae quae te genuit*.

2. Demonstrativum, quando simul cum adiectivo ad substantivum accedit, secundo loco ponitur, v. g. הַהָר הַגָּדוֹל הַזֶּה *hic magnus mons*.

3. demonstrative usurpatum notionem *ipsius* significat, v. g. אֲדָנָי הוּא *dominus ipse*. Cum articulo coniunctum הָאָ et dicuntur pro *eodem, illo*, v. g. בַּעַת הָהִיא *eodem tempore*; בַּיּוֹם הַזֶּה *dies hodiernus*, בַּיּוֹם הָהִיא *dies ille (eodem tempore)*; הַגּוֹתִים הַגָּדוֹלִים הָאַלְקָה, *magna illae gentes*.

C. De Interrogativo.

1. Pronomen interrogativum מַה interdum nulla interrogative *aliquid* significat, v. g. Prov. IX, 13 בְּלִינְקָעָה-מַה *non curat quidquam*; vel etiam *quidquid*, 2 Sam. XVIII, 22 וַיֹּהֵי מַה אָרוֹצָה, *quidquid est, accurram*; saepius tamen usurpatur מַאֲרִים.

2. Praeterea מַה cum praepositionibus casuum varie iungitur: כִּמְהָ vel לִמְהָ, amplificatum כִּמְהָ-זֶה *cur?* בְּמַה *quot, quoties?* בְּפִיה *quanan re, quam ob rem?* צַדְמַה *quousque?* עַל-מַה *propter quid, cur?*

3. Etiam adverbialiter **מִהָּ** adhibetur, e. g. Ps. VIII, 2
מִהָּ-אֲדִיר שְׁמֵךְ *quam admirabile est nomen tuum*; Num. XXIV, 5
מִהָּ-תְּבוֹ אַחֲלִיר, *quam pulchra sunt tabernacula tua*.

4. Particula **אֲרֵ** pronomini demonstrativo praemissa efficit Adiectivum interrogativum (*qualis?*) v. g. Esth. VII, 5 **מִי** *הוּא זֶה וְאִרְצָה* *הוּא quis est hic, et qualis est?* **אֲרִיךְ** *qua via abiit?* **אֲרִיךְ** *הַדָּרָה ex qua urbe es tu?*

D: De Relativo.

1. **אֲשֶׁר** quum modo pronomen, modo simplex nota relationis, modo coniunctio sit, ad eius significationem dignoscendam haec iuvabunt.

2. Nominativum et Accusativum pronominis relativi **אֲשֶׁר** simpliciter efficit, e. g. **כָּל-אֲשֶׁר-לֹא** *omnia, quae ipsi erant* **מְלָאכָתוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה** *opus suum quod fecit*.

Annot. Hic premendus est locus Gen. XLV, 4 **אֵין יְסֻף אֲחִיךָם** *qui sum fratres tuos*, ubi ad **אֲשֶׁר** tamquam Accusativum accedit pronomen suffixum primae personae: *ego sum Joseph frater vester, quem vendidistis (me)*.

3. Saepissime **אֲשֶׁר** pronomen relativum simul cum demonstrativo praecedenti designat, velut Romanorum *qui pro eo qui* in usu est, e. gr. **שְׁמַעְיָה חֲרֵבָונָנִי** *qui non audierunt, intellexerunt*. Hoc semper evenit, quando **אֲשֶׁר** cum praepositione copulatur, v. g. **לְאֲשֶׁר ei, qui** sive *iis, qui, ab eo, qui, אֲתָּה-אֲשֶׁר eum, qui* sive *id, quod*; Gen. XLIII, 16 **וַיֹּאמֶר לְאֲשֶׁר עַל בָּרוֹת** *dixit illi, qui (erat) super domum suam*; 1 Reg. X, 13 **מִלְבֵד אֲשֶׁר נָתַן לְהָ** *praeter ea, quae dederat ei*. Sic etiam Ruth I, 16 **אֶל-אֲשֶׁר פָּלָכָר אֶל-** *quocunque itura es, ibo*.

4. Communiter **אֲשֶׁר** non est nisi nota relationis, quae intercedit inter enunciationem secundariam et inter primariam. Unde fit, ut adverbia et pronomina, quandocunque cum **אֲשֶׁר** coniuncta sunt, relativa evadant, v. g. **מִשְׁבֵּחַ ibi, אֲשֶׁר ubi, מִקְרָב eo, אֲשֶׁר עַמְּדָה . . . אֲשֶׁר quo, מִשְׁמָךְ inde,**

מִשְׁם אֲשֶׁר unde, eum, quem. Casus igitur obliqui qui dicuntur pronominis relativi Hebraeis designantur coniuncto אֲשֶׁר cum pronominibus suffixis notisque casuum, ita tamen, ut vocum ordo non immutetur, videlicet:

Gen. אָזְנוֹ אֲשֶׁר cuius auris, sub cuius alis.

Dat. כָל אֲשֶׁר-לֵו סְנַפֵּר omne, cui squamae sunt, דָּאֲנָשִׁים אֲשֶׁר לְהֶם הָרָב viri, quibus altercatio est.

Acc. חַמֵּץ אֲשֶׁר תַּדְפֵּן רוח pulvis, quem ventus dissipat.

Abl. הָאָרֶץ אֲשֶׁר בָּה terra, in qua habitabant, רָקָה אֲשֶׁר לֹא רָכַל בְּצָאת מִפְּתָח malum, quo non poterant se liberare.

Annot. Vetusto more ac poetico זֶה pariter usurpatur idque indeclinabiliter, v. g. קָרְבָּה רְמִינָה mons, quem acquisivit dextera eius, scilicet אַיִן זֶה שָׁבָעַ בָּו mons Sion, in quo habitas.

5. Quocunque ex supra indicatis modis adhibendum est, subinde etiam omittitur et intelligitur, (velut Angli dicunt *the table you are writing on*) e. g. בְּאָרֶץ לֹא לְהֶם in terra, quae non ipsis est, בְּדַרְךָ לֹא יָקֻעַ in via, quam non neverant, אֶל-יְהוָה יְרֹאֵת קָשְׁתָו contra eum, qui tendit, tendat tendens arcum suum, גָּזֵל שָׁאוֹל חַטָּאת devouravit infernus eos, qui peccaverunt, אָדָם לֹא יַחֲשֵׁב וְהַהֵּן לו עַזְןָה homo, cui Deus non imputavit peccatum. Unde etiam רְצַחָנִי mitte quaeaso lingua eius, quem non novi, תְּשַׁלֵּחַ בִּיה. שְׁלַח-נָא בִּיה. mitte quaeaso ope illius, quem missurus es.

6. אֲשֶׁר ubi coniunctio est, in varias abit significationes, de quibus lexica consulenda sunt. Hic unum monendum est, אֲשֶׁר ubi enunciationis obiectivae initium facit, nonnunquam cum nota Accusativi coniungi, v. g. זָקְרָב-נָא אֲתָּה אֲשֶׁר הַחְנַקְתָּה לְפָנֶיךָ memento, quaeaso, me coram te ambulasse cum sinceritate.

7. Pronomen relativum indefinitum est qui-cumque, e. g. מֵאֲשֶׁר הָתָא לְיַד אַמְתָּחוּ מִסְפָּרִי quicunque peccat contra me, eum delebo e libro meo.

E. De Pronomine reflexivo, numerali, reciproco.

1. Pronomen reflexivum ab Hebraeis exprimitur vel coniugationum Niphal et Hithpaël usu vel pronomine suffixo tertiae personae vel facto circuitu per nomina quaedam, quae animam, cor, carnem cet. designant, e. g. **הַר רְעִים אֲוֹתָם** *non novi me ipsum*, **אֶל-פְּשָׁאָרָן לֹא אֶדְעַ נַפְשֵׁי** *ne fraudetis vosmetipsos*.

2. Pronomen reciprocum circuitu nominum *fratris* et *proximi* indicatur, etiam si de rebus inanimis sermo est, v. g. **לֹא רָאָר אֶרְשָׁת-אֶחָדו** *non viderunt alter alterum*, **וַיֹּאמֶר** *dixerunt inter se*, **בְּנֵי הָתִיוֹת מִשְׁרִיקוֹת אֲשֶׁר** *alae animalium collisae sunt inter se*. Disiunctive **אֶל-אֶחָותָה** *alae animalium collisae sunt inter se*. Disiunctive **זֶה-זֶה** est *alter-alter*, v. g. **וּקְרָא זֶה אֶל-זֶה** *et clamavit alter ad alterum*.

3. *Quisque* Hebraeis dicitur sive **אֲרִישׁ** et sive **אֲרִישׁ** sive **מִפְנֵי**, e. g. **אֲרִישׁ וְאֲרִישׁ מִפְנֵי quisque de nobis, כִּרְצֹן אֲרִישׁ וְאֲרִישׁ**, *ad beneplacitum uniuscuiusque*.

4. *Aliquis* et *quisquam* item et **אֲדָם** atque **כָּל** est, **כָּל וְהַרְחִיחָה** autem, **כָּל-דָּבָר**, **כָּל-***maiorum*, v. g. **כָּל-גָּגָע si qua aerumna sive qua aegrotatio erit in terra, num quid Domino difficilius est?** Appositâ ad ista vocabula negatione *nemo* et *nihil* exprimitur, v. g. **אֵין אָוֹכֵל לְעַשׂוֹת דָּבָר nihil possum facere**, **אֵין אָוֹכֵל לְעַשׂוֹת דָּבָר** *nihil viride remansit*, **אֵין אָוֹכֵל לְעַשׂוֹת דָּבָר** *nihil novi sub sole*, **אֵין אָוֹכֵל לְעַשׂוֹת דָּבָר** *nihil viride remansit*, **אֵין אָוֹכֵל לְעַשׂוֹת דָּבָר** *nihil viride remansit*, **אֵין אָוֹכֵל לְעַשׂוֹת דָּבָר** *nihil viride remansit*. **Nonnulli dicuntur vel רְשָׁבָתָם אֶתְחָדִים**, e. g. **רְשָׁבָתָם אֶתְחָדִים** *mansiisti cum eo aliquos dies*, **רְשָׁבָתָם אֶתְחָדִים** *quidam dicebant*.

B. De Syntaxi Verborum.

§. 86. De usu Temporum.

1. Perfecto communiter eadem vis est, atque Latinorum Perfecto historico; tempus enim narrationis est. Rarius

adhibetur ad modum Imperfecti vel etiam Plusquamperfecti Latini, e. g. Iob. I, 1 אִישׁ הָרָה בְּאָרֶץ עַיִן vir fuit in terra Huz, Gen. II, 5 לֹא הִמְטִיר יְיָ nondum pluerat Dominus.

2. Deinde Perfecto est vis Imperfecti et Plusquamperfecti Coniunctivi in enunciatione conditionali, v. g. לֹא מֵתָנוּ וְהַנֶּה הַוְתִּיר לֹנוּ שְׁרוּד כִּסְלָם הַיּוֹנוֹ 9 nisi Dominus reliquisset nobis residuum, sicut Sodom essemus.

3. Perfectum etiam loco Praesentis est, ubi stabilem habitum significat, praesertim in communibus et universalibus sententiis, quales in libris moralibus, in proverbiis, in psalmis inveniuntur, e. g. אָמָר עֲצָל גָּור בְּחַזְקָה dicit piger: leo in platea est, רְהִזְקָה בְּגָלָל magnus es, Domine.

4. Futurum ordinarie, quidquid imperfectum est, indicat. Primum ergo tempus futurum significat; dein etiam pro Praesenti ponitur, maxime quando perpetuum, generale, morale aliquid enuntiatur, v. g. non לֹא וְהִיא עוֹד מִבּוֹל erit denuo diluvium, לא וְכֹלֵין הַמִּצְרִים לְאַכְלָל אֶת־הָגִבְרִים לְתַהְמָם non licet Aegyptiis coenare cum Hebraeis, pietas auget dies.

5. In vivaci oratione Futurum etiam pro Perfecto adhibetur, praecipue ubi de actione vel consuetudine, quae in posterum continuatur, disseritur: בְּכָה וְעַשְׂתָה אִיוֹב כָּל־הַיּוֹם sic agebat Iob perpetuo. Quandoque ex appositis particulis אֲזֶה tunc et בְּטֻרְמָם priusquam patet, Futurum pro Perfecto esse accipiendum, e. g. אֲזֶה יַרְכֵּב וְחַוְשֵׁעַ לִיהְנָה tunc locutus est Josue ad Dominum, מִשְׁבֵּךְ בָּרָךְ אֲזֶה וְעַלְהָ חֶזְאֵל tunc ascendit Chasaël, qui respondet antequam audiverit, ei est stultitia.

§. 87. De Coniunctivo.

Futurum apud Hebraeos locum Coniunctivi obtinet et saepe etiam Imperativi vim habet; quid quod ad Coniunctivi rationem significandam frequentius adhibetur, quam ad ipsum futurum tempus indicandum. Itaque Futurum vim Coniunctivi habet post coniunctiones finales, v. g. בְּמַעַן תִּבְרֹךְ נַפְשִׁי.

ut ego tibi benedicam, ברוּת ne pangas foedus;
deinde in exprimendis votis, praeceptis, rogationibus,
cohortationibus, et in designanda potentia, permissione,
voluntate, v. g. יְאָכֵל יוֹם אֲגַדְּבָנוּ pereat dies, quo natus
sum, לא תִּנְגַּבְנָא עֲבֹדָךְ loquatur, quaeso, servus tuus, non furaberis,
הַיּוֹם hodie moriatur Adonias, מִרְאָמֵר צְפֹרְיוֹ לִבְרִי
מִפְרֵץ quis dixerit: purificavi cor meum? in fructu arborum in horto (positarum) edere
nobis licet, בְּרִיחָה תְּחַהֵל נְפָשָׁי, in Domino exultet anima mea.

§. 88. De usu Temporum conversorum.

1. *Futurum conversum* (cfr. §. 27.) significare potest, quaecunque supra dictum est *Perfectum indicare*. Observandum tamen est, illud non aliter, nisi in ipso contextu sermonis continuati inveniri, itaque in narratione primum Verbum in *Perfecto* poni, sequentia in *Futuro* converso: *Vav enim semper vim quandam copulativam conservat. Nihilominus saepe oratio incipit a forma וַיְהִי et factum est vel וַיֹּאמֶר et dixit; quippe sententiarum quidam nexus cum superiori narratione exstat.* Exempla sunt: Gen. XXI, 1 וַיְהִי פָּקֹד אֶת־שָׂרָה כַּאֲשֶׁר וַיֹּאמֶר וַיְהִי לְשָׂרָה כַּאֲשֶׁר דָּבָר et visitavit Dominus Saram, sicut dixerat, et fecit Dominus Sarae, sicut promiserat, 2. Reg. VIII, 1 רְאֵלֹוּשׁעַ דָּבָר אלְהָאֱשָׁה וַיָּקָם הָאֱשָׁה וַיַּעֲשֶׂה בְּדָבָר אֲרָשֵׁה הָאֱלֹהִים Elisaeus locutus est ad feminam, et femina surrexit et fecit secundum verbum viri Dei, Jud. II, 1 וַיַּעַל מֶלֶאכָה־יְהוָה מִזְרָחָגָלְלָה אֶל־הַבְּכִירָם profectus est angelus Domini a Gilgal versus Bochim.

2. *Perfectum conversum* omnia, quae *Futurum*, significat, ac praesertim *Coniunctivi* et *Imperativi* vim habet. Itidem nisi in continuato sermone non occurrit; adhibetur autem ita, ut *Futuri* vel *Imperativi* antecedentis vim adaequet, v. g. פָּנִידְבָּא וְהַבָּא et fiet illo die, ne veniat et feriat me, אֲחָדְמָרָן וְהַבָּרָתָה ego ero tecum, et tu vinces Midian, sume tibi et collige.

§. 89. De usu Futuri paragogici s. Cohortativi.

Futuri per **הִ**— amplificati (paragogici, cf. §. 29) prima tantum persona Singularis et Pluralis adhibetur et cohortationem sui ipsius indicat, e. gr. **בָּהֲלַלְהָ exultemus**. Similis est usus huius formae in rogatione permissionis, e. gr. **בָּאַצְּבָרְהָ pertranseam terram tuam**. Ubi coniunctione **וְ** cum antecedenti optati expressione coniunctum est, propositi significatio est, e. gr. **בָּהֲרַאֲהָ לֵי וְאַכְּלָהָ apporta mihi, ut comedam;** **וְשִׁיחַת מִפְנֵי וְאַבְּלַקְהָ פְּעַט dimittat me, ut refrigereret paululum.**

§. 90. De usu Futuri apocopati.

Futurum apocopatum imprimis adhibetur *a.* ad praecipiendum ac vetandum, e. g. **רֹהֵי אֹורֶה fiat lux,** **תֹּצְאָה producat terra animam viventem,** **אַלְדִּירָאָה ne intueatur rivulos,** **שָׁאֵל בְּפָלָגּוֹת ne deducas canitatem eius in pace ad inferos;** praesertim praecedente Imperativo, e. gr. **הַצִּירָה אַלְרִיחָה וַיֵּסֶר הַצְּפֹרְדָּעִים orate Dominum, ut auferat ranas,** **סִקְלָהָיו וְרָמוֹת lapidate eum,** **תָּגַנֵּר אָמַר ut moriatur.** *b.* in conditione ponenda, v. g. **לוּ וְתִי כְּרַבְּךָ si decernes rem, veniet tibi,** et sic etiam **וְקַם לְךָ ut tinam secundum verbum tuum!** *c.* communiter cum Vav conversivo, v. g. **וְיִמְתֵּן et mortuus est,** **וְיִגְלַּל et manifestavit.**

§. 91. De usu Imperativi.

1. Imperativus a prophetis praesertim ita adhibetur, ut certissimam praedictionem exprimat, e. g. **בְּשֻׁנְחָה** **בְּשַׁנְחָה tertio anno seretis et metetis,** **וְתִּפְגַּל בְּעַדְךָ orabit pro te et vives,** **צְחָלֵר קָוְלָה hinnies voce tua.**

2. Quando duae Imperativi formae una coniunctae sunt, conditio cum apodosi est, e. gr. **עֲזֹבוּ פְּתַחָיו וְחִיוּ si reliqueritis stultitiam, vivetis,** **זְרֻעֵוּ לְכָם לְאַדְקָה קָצָרוּ לְפִרְחָה ubi seminaveritis in iustitia, metetis in misericordia.**

§. 92. De usu Infinitivi absoluti et constructi.

1. Quando Infinitivus tamquam complementum alterius Verbi adhibetur, vel absolutus est vel constructus atque vel simpliciter ponitur vel cum לְ componitur, v. g. לִמְדוּ הַרְבָּה discite bene agere, לֹא אָבֶן הַלְוֹךְ noluerunt ire, אֲחֵל incipio dare, לֹא יַדְעַתְּ רַבְּרַבְתִּי כְּפָר, לֹא nescio loqui, לְהַחֲפִילֵל doce nos orare, וַיַּחֲלֹלְוּ לְבָנוֹת desierunt aedificare.

2. Infinitivus absolutus tamquam nomen in casu absoluto positum adverbialiter usurpatur, v. g. וְאֶלְכָה אֶתְּנָהָרְבָּה שְׁחוֹן הַרְבָּה confregi eum bene terendo, יַעֲבֹרְבָּה multum ei serviet.

3. Hebraeis peculiaris est Infinitivi absoluti cum forma directa eiusdem Verbi coniunctio. Quod si Infinitivus subsequitur, ad premendam vocabuli sententiam valet, e. gr. אֲשֶׁר מְרַדֵּל אֲשֶׁר non omnino delebo, חַלְלוּךְ חַמְלָךְ num vere regnabis super nos? Sin autem Infinitivus praecedit, continuantem actionem indicat, e. gr. אֲמָרִים אֲמֹר perpetuo dicentes, וַיַּכְהַבְּהוּ הָאָרֶשׁ הַכָּה וַיַּצְעַק et percussit eum homo frequenter.

